XXXIX.

Jahres-Bericht

Bisherige Programmaufsätze
des Gymnasiums Horn.

[illegible]

1906. [illegible] von [illegible]

Dr. [illegible] des XVI. Jahrh[illegible] Gymnasiums in Horn, N.-[illegible]

1907. Dr. Krebschnička Josef, Schola [illegible] Horner Gymnasiums [illegible]

1908. Dr. Zimmermann Franz, Zu [illegible]

1909. Pehm Johann, Reisestipendi[illegible] und [illegible]

1910. Lang B., Da P. Tyrnau Ärz[illegible]

XXXIX.

JAHRES-BERICHT

DES NIEDERÖSTERR. LANDES-

REAL UND OBERGYMNASIUMS

IN HORN.

Veröffentlicht am Schlusse [illegible] Schuljahres [illegible]

INHALT:

[illegible]

SCHULNACHRICHTEN [illegible]



[illegible]

[illegible]

XXXIX.

JAHRES-BERICHT

DES NIEDERÖSTERR. LANDES-REAL- UND OBERGYMNASIUMS IN HORN.

Veröffentlicht am Schlusse des Schuljahres 1910/1911.

INHALT:



Horn 1911.
Im Verlage des n.-ö. Landes-Real- und Obergymnasiums in Horn.

Druck von F. Berger in Horn.

De P. Terenti Afri et T. Macci Plauti figurarum phoneticarum usu.



Scripsit E. Lenz.



Programma gymnasii Hornani
MDCCCCXI.

Prooemium.

Jam priori anno copia mihi erat de nonnullis figuris verborum, quas inveni apud Terentium poetam, imprimis de paronomasiis, quae dicuntur, et quae repetitione fiunt figuris libello meo disserere et ostendere, quanto commodo sit comparare, qua ratione et Terentius et Plautus figuras huius modi usurpaverint. Nunc quidem allitteratione excepta de omnibus figuris phoneticis possum agere, quae leguntur apud Terentium et in sex comoediis Plauti, quas cum illis alterius poetae composui. Itaque libellum meum hoc modo disposui, ut liber et solutus ab illis, quae proximo anno scripsi, etiam omnia illa complectatur, quae erant in altera quaestione. Et quidem permulta immutavi sive excutendo, quae apta non videbantur, sive emendando, quae corrigenda putabam.

Quoniam hunc libellum seorsum ab illo prioris anni esse volo, licet primum praemittere, quae Quintilianus aliiqe cum de figuris tum praecipue de figuris verborum dicunt. Quint. IX, 1, 14 figuram a tropo his verbis distinguit: „Est igitur tropus sermo a naturali et principali significatione translatus ad aliam, ornandae orationis gratia, vel (ut plerique grammatici finiunt) dictio ab eo loco, in quo propria est, translata in eum, in quo propria non est. Figura (sicut nomine ipso patet) est conformatio quaedam orationis, remota a communi et primum se offerente ratione.“ Idem IX, 1, 14 figuram arte aliqua novatam formam dicendi nominat. Quia iam veteres grammatici inter se dissentiebant, quae in tropis, quae in figuris essent ponenda, hoc loco affere velim, quae Quint. IX, 1, 17 dicit de hac re: „Inter plurimos enim, quod sciam, consensum est duas eius esse partes, διανοίας, id est mentis vel sensus vel sententiarum; nam his omnibus modis dictum est; et λέξεως, id est verborum vel dictionis vel elocutionis vel sermonis vel orationis; nam et

variatur et nihil refert." Figurae verborum a Quint. dividuntur in duo genera: genus grammaticum et rhetoricum. Figurae phoneticae in genere rhetorico sunt ponendae. Cuius generis distinguit primum figuras, quae fiunt adiectione, deinde quae fiunt detractione, denique quae aut similitudine aliqua vocum aut paribus aut contrariis convertunt in se aures et excitant. Ego quidem cum de figuris agere velim, quae imprimis sonu quodam aures permovent, primum disseram de paronomasiis, deinde de similiter cadentibus et desinentibus, tum de figuris quae efficiuntur paribus aut similibus colis, denique de figuris, quae fiunt repetitione unius eiusdemque verbi.

Primum licet igitur tractare figuram, quae nominatur

Adnominatio vel *παρονομασία.*

Cornificius IV, 21, 29 tria adnominationis distinguit genera: „Adnominatio est, cum ad idem verbum et nomen acceditur commutatione vel unius litterae aut litterarum aut ad res dissimiles similia verba adcommodantur. Ea multis et variis rationibus conficitur. Attenuatione aut complexione eiusdem litterae sic: ‚Hic, qui se magnifice iactat atque ostentat, venit ante, quam Romam venit.'" (Alterum ‚venit deducitur ab veneo', alterum ab ‚venio'.) „Productione eiusdem litterae" (ăvium — āvium), „Brevitate eiusdem litterae" (cŭriam — Cūriam). „Addendis litteris" (laudator — adulator; temperare — obtemperare). „Demendis litteris" (lenones — leones). „Transferendis litteris" (navo an vano). „Commutandis" (deligere — diligere), — „Sunt autem aliae (2), quae non habent tam propinquam in verbis similitudinem et tamen dissimiles non sunt" (‚Quid veniam, qui sim, quem insimulem, cui prosim, quae postulem, brevi cognoscetis; — conscripti — circumscripti); quo genere „non solum additae, sed uno tempore demptae quoque litterae sunt". „Tertium (3) genus est, quod versatur in casuum commutatione aut unius aut plurium nominum." —

Cicero de or. II, 63, 256: „Alterum genus est, quod habet parvam verbi immutationem, quod in littera positum Graeci vocant *παρονομασίαν*, ut Nobiliorem mobiliorem Cato; aut, ut idem, quum cuidam dixisset: Eamus deambulatum: et ille: Quid opus fuit de? Immo vero, inquit, quid opus

fuit te? aut eiusdem responsio illa: Si tu et adversus et aversus impudicus es."

Conferamus praeterea, quae Diomedes p. 441 scripsit de paronomasia: „Paronomasia est veluti quaedam denominatio, cum praecedenti nomini aut verbum aut nomen adnectitur ex eodem figuratu."

A Quintiliano inst. orat. IX. 3, 66 ff. in adnominationem haec genera reiciuntur: 1. casuum commutatio (omnium rerum — in omnibus rebus); 2. „cum verbo idem verbum plus significanter subiungitur (Quando homo, hostis homo); 3. „ei contrarium est, quod eodem verbo quasi falsum arguitur (Quae lex privatis hominibus esse lex non videbatur); 4. cui confinis est ἀντανάκλασις, eiusdem verbi contraria significatio; 5. aliter quoque voces aut eaedem diversa in significatione ponuntur, aut productione tantum vel correptione mutatae (Amari iucundum est, si curetur, ne quid insit amari); 6. Sed elegantius, quod est positum in distinguenda rei proprietate (reprimi — comprimi); 7. . . . quae praepositionibus in contrarium mutantur (Non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur).

Equidem primum adferam exempla, quibus verba vel nomina simplicia et composita inter se coniunguntur, secundum eadem vocabula alio modo composita, tertium verba activa et passiva ex industria posita, quartum vocabula eiusdem derivationis, quintum eiusdem verbi conformationes similiter sonantes; his adiungam primum pronomina aut deducta aut similiter sonantia, deinde παρήχησιν, quae dicitur, tum adiectiva vel positivo vel comparativo vel superlativo variantibus, tum figuras, quae efficiuntur commutatione casuum, denique figuras, quae dicuntur traductio et f. etymologica. Postremo addere licet illas figuras, quae imprimis sententia ioculari positas inveni.

a) Verba vel nomina simplicia et composita:

1. Ter. Adelph.[1] 20 in ótio, in negotio, 74—5 consuefacere — facere, 607—8 propter — quapropter, 723 nescio — scio, 857 scisne — nescias, 990 iusta — iniusta;

2. Andr.[2] 204—5 edico — dico — praedictum, 242 mutauit — immutatum, 363—4 ire — exire, 390 certa — incerta, 567—9 incommoditas — commoditates, 592 oro — exoro, 610 fero —

[1] ed. Dziazko-Kauer.

[2] ed. Spengel.

auferet, 627—8 incommodis — commoda, 764 nescis — scio, 797—8 inhoneste — honeste, 840—1 praedixit — dicere;

3. Eun.[3] 75 nequeas — queas, 209—10 difficile facile, 377 abduc, duc, 442 mittamus comissatum, 593 iit — rediit, 601—2 specto — circumspecto, 722 scis, nescis, 865—6 digna indignus, 913 moveo — promoues, 932 noscere — cognovit, 952 scis — nescio, 962 dico, edico, 1002 nescis. Scio;

4. Hec.[3] 8 cognostis — noscite, 9—10 oratur — exorator, 17 incerta certum, 26 otio — negotio, 204—5 scio — nescio, 211 amicis inimici, 274 inique aeque, 475 iniquast, aequa, 551 exeuntem — euntem, 632 insciens — scio, 760 inmerito — meritus, 840 commodo — incommoda, 849—50 nescio — scio;

5. Haut. Tim.[3] 27—8 iniquom — aequom — aequi, 213—4 iniqui — aequom, 238 essent — adessent, 248—9 uiam — obuiam, 404 Disperii — perii, 465 sumat consumat, 632 inscientem — scio, 748 nescies quod scis, 783 misceto — admisceas, 805 facilis — difficilis, 1009—10 nescio — scis;

6. Phorm.[3] 57—9 nescio — Scies — insciens, 69 erat — supererat, 86 ducere et redducere, 137 Nescio — scio, 265 cognoris — noris, 376 indignas — dignas, 395 auo — atauo, 515 orat — exoret, 739 conloquor — loquitur, 807 nescio — scire, 809 scire aut nescire, 857 aufer — fers, 951 quod dictum, indictumst: quod modo ratum erat, inritumst, 952—3 Nescio — scio, 980 nesciam — scio, 1034 fieri infectum.

Sequuntur eiusdem generis exempla, quae inveni apud Plautum:

1. Cpt.[4] 2 astant — stant, 76 uocat neque inuocat, 200 Indigna digna, 288 tenaxne — pertinax, 182 Profundum — fundum, 773 amico — inimicum; cf. praeterea vs. 139, 176—7, 538, 555, 793, 996.

2. Men.[4] 15 modio — trimodio, 207 accurare — carubo, 554 fer — profer (Niem.); praeterea 252—3, 318, 1058;

3. Mil. gl.[4] 900 ambula et redambula, 614 placeat, displaceat; 208, 572, 717, 728—9, 837, 881, 917—8, 997, 1303—4.

4. Most.[5] 163 Detexit tectus, 1032 Turbauit — exturbauit,

[3] ed. Fleckeisen.

[4] ed. Brix-Niemeyer.

[5] ed. Lorenz.

1012 radicitus — exradicitus, 51 inuidere — uidere; 197, 279, 293, 339, 366, 376, 469, 553, 807, 907, 1140;

5. Pseud.[6] 12 nescio — sciam, 31 Lege — pellegam, 40 pellego — legis, 863 stabit, astato, 940 memorem immemorem, 965 incerto — certius; 91, 517, 544—5, 570, 685, 845—6, 880, 949;

6. Trin.[4] 1052 inimicum amicum, 292 laudant — coulaudant, 802 amoues et te moues, 832 Fidus — infidum, 977 charmidatus — echardima; huc spectant etiam v. 63—4, 93, 274—5, 631, 670, 671, 849—50, 857, 937, 967, 1056.

b) His accedant exempla, quibus eadem quidem vocabula, sed alio modo composita inter se coniunguntur:

1. Ter. Adelph. 73 praesens absensque, 523 propest — abesset, 689 circumspexti — prospexti, 942 promitte — omittitis; 98 numquam — quicquam, 161 usquam — quiquam, 528 numquam quicquam, 855 numquam ita quisquam;

2. Andr. 24—5 cognoscite, ut pernoscatis, 386 excludar — concludar, 440 biduist aut tridui, 617 impeditum — expediam, 777 prouolam — peruolam; 177 numquam quoicam;

3. Eun. 42 cognoscere atque ignoscere, 192 praesens absens, 224 conueni hodie adueniens, 278 sursum (sub + uersum) deorsum, 493—4 exeo — abeo, 499 exit — abi, 646 discidit — conscidit, 853 amitte — admisero, 1059 te praesente absente; 668 numquam quisquam, 1002 Numquam quicquam iam, 1092 numquam — usquam;

4. Hec. 91 redeunti, abeundi, 217 impeditum — expediui, 315 rursum (re + uorsum) prorsum (pro + uorsum), 463 profuit — offuit, 587 obstet — restet; 293 quisquam usquam, 486 numquam quicquam, 861 nusquam quisquam.

5. Haut. Tim. 218 cognoscendi et ignoscendi, 372 inuersa uerba, euersas ceruices tuas, 578 utquomque atque ubiquomque, 643 prosit obsit, 1059 ignores — cognoris; 559 numquam — quicquam;

6. Phorm. 21 adlatum — rellatum, 305—6 commonstrarier — demonstrarier, 336 maleficio — beneficium, 374 extortor — contortor, 414 amittere — admitteret, 1019 obiit — abiit; 348 Enumquam — quoiquam.

---

[4] ed. Brix-Niemeyer.

[6] ed. Goetz-Schoell.

E Plauti comoediis huc spectant:

1. Capt. 690 periit, at non interiit, 693 interiisse uel periisse, 706 prosunt oberunt, 791 Eminor interminorque; praeterea cf. v. 213, 604, 524; 766—7; 76 numquam quisquam, 136 umquam quicquam, 428 umquam — quicquam quam;

2. Men. 589 attinuit — detinuit, 67 excludet — occludet, 698 occlusit — exclusissimus (cf. Trin. 988 ipsissimus) 899 peruorsus atque aduorsus, 136 insidias — praesidium, 1063—4 consimilis — dissimilis; 193 quam quisquam, 447 numquam quicquam, 615 usquam quicquam, 780 nusquam equidem quicquam, 1088 numquam uidi [usquam] (Niem.);

3. Mil. gl. 222 obsidium — praesidium, 280 insulturam et desulturam, 790—1 deducas — adducas, 973 auos, proauos, abauos, 1134 usquequaque; 473 numquam quisquam, 538 numquam quemquam;

4. Most. 766 usquequaque, 1030—1 disperii — interii, perii; 14 quemquam — quisquam, 608 umquam quemquam quam, 925 umquam quicquam, postquam, 1073 quisquam, quam;

5. Pseud. 502 aderat — aberat, 580 Duplicis triplicis, 955 transoursus, non prouorsus (Goetz-Schoell; Ritschelius: prorsus — transuorsus); 134 numquam quicquam quoiquam, 507 Nuncquam — quoiquam, 885 quam quoiquam, 905 umquam quemquam;

6. Trin. 672 aspellit — compellit, 710 accessi apscessero, 820 Salsipotenti et multipotenti, 853 conduxit, abduxit, 904 apsens — praesens, 1021 Oculicrepidae, cruricrepidae, 1118 adsequitur — subsequitur; 533 umquam quisquamst, 574 numquam quoiquam, 801 numquam quicquamst.

c) Sequuntur verba activa et passiva iuxta posita.

Adelph. 32—3 amare — amari, 163 Factam — Faciam;

Andr. 523 parato — para, 691 quiesci — quiesset, 856 uideas, uidetur;

Eun. 385 fallam — fallimur;

Phorm. 387—8 dictumst — dico.

Plaut. Capt. 441 inuentum inueni, 653 capti ceperunt;

Men. 452 occupatos occupat, 458 neque uocantur neque uocant;

Mil. gl. 636 nota noscere;

Pseud. 915 Monendu's ne me moneas.

d) Porro enumerabo nomina, quae ratione derivationis inter se coniunguntur:

1. Adelph. 4 iudico — iudices, 63 nimio — nimium, 119—20 foras — fores, 129—30 curaest — curemus, 194 libera — liberali, 259 primarum — principem, 274 pudebat — pudor, 284 intus — interim, 345 indotast — dos, 456 patronus — pater, 741—2 corrigas — Corrector, 897 bene — bonus, 990 omnia omnium;

2. Andr. 6—7 maliuolus — maledictis, 23 male dicere, malefacta, 37—8 seruo — seruibas, 117 interea inter, 214 iure — iniuria, 326 amicitiam — amorem, 363 interea intro, 378 iniurius — iniuria, 555 amantium — amoris, 602 erum — erilem, 612 b audacia — audeam, 718 amicum — amatorem, 802 salue — saluos, 817 optume — optines, 854 facinus faxo ex me audies;

3. Eun. 43 factitarunt — faciunt, 135 forte fortuna, 302 di deaeque, 435—6 suspicatast — suspitionem, 489 infra infumos, 688 uetus ueternosus; praeterea confer: 706, 945;

4. Hec. 19, 73, 102, 134, 178, 379, 408—9, 458, 505, 509, 531, 580, 594, 684;

5. Haut. Tim. 73, 77, 80, 194, 252, 286, 297, 314, 406—7, 564, 764, 782, 805—6, 810, 910—11, 1059;

6. Phorm. 138, 154, 199, 213, 254—5, 286, 290, 333, 350—1, 413, 430, 480, 500, 509, 563, 609, 609—10, 687, 760, 767, 770, 872, 976, 1023.

Apud Plautum:

1. Capt. 43 in patriam ad patrem, 68 duelli duellatores, 130 miseriam miserum senem, 159 multis et multigeneribus, 191 Memorem mones; 18, 192, 198, 219, 265, 282, 213, 306—8, 357, 384 - 686 - 699, 414, 435, 439, 493, 662—3, 686, 699, 723—4, 813, 819, 829, 840, 869, 934, 936, 951, 1026;

2. Men. 65 Rapidus raptori, 105 Domi dominatus sum (Vahlen), 146 adsimulo similiter, 164—5 coniecturam — coniectorum, 193 Superas — superior, 202 meis morigera moribus, 275 prandium pransoribus; 362, 574—5, 659—60, 694—5, 775—6, 828, 903, 906, 926, 928, 976, 990, 1041, 1050, 1081, 1083, 1090, 1115;

3. Mil. glor. 198 dolum doloso — conservo, 7—8 gestitem gestit; 58, 203, 215—6, 456, 625, 669, 673, 716, 739, 741, 742—3, 766, 846, 887, 888, 901—2, 914, 934—5, 1003, 1059, 1340, 1367, 1389 in statu stat (Ribb.);

4. M o s t. 48—9 fortunas — fortunatus, 117—9 aedificantur aedes — aedificiis — aedium, 120—1 liberum (pro „liberorum") — liberorum; praeterea: 197, 248—9, 293—4, 448, 780, 816, 828, 900—1, 911, 1076, 1052—3, 1066—7, 1128, 1171;

5. P s e u d. 4 miseriae — misere, 154 tergum — terginum, 197 malo male, 274 Miserat — misercordia; 237, 324, 351—2, 426, 429, 457—8, 562, 610, 606, 669—70, 703—4, 745, 784, 853—4, 939, 968—9, 976, 996, 1019—20, 1029, 1058—9, 1261 mamma mammicula (Pontanus; libri: mammiam anicula), 1259;

6. T r i n. 95 scis — inscite; 142 fide et fiduciae; 117, 171, 207, 261, 343, 354, 365, 367—8, 430, 504, 606—7, 630, 645, 646, 689, 691, 821, 958, 972, 1047, 1073, 1075, 1096, 1097, 1103, 1107, 1126, 1127, 1777—8, 1183.

e) S e q u u n t u r v a r i a e e i u s d e m v e r b i c o n f o r m a t i o n e s:

1. A d e l p h. 4 erit — eritis, 18—9 placet — placent, 103—4 fecimus — facere; 138, 255, 330, 430—1, 505—7, 514—5, 559, 595, 601, 657, 726, 740, 741, 802, 808, 822—5, 926, 945;

2. A n d r. 10 nouit — nouerit, 17 intellegendo — intellegant, 41 feci aut facio, 298 Accepi — acceptam, 306 uelis — uolo; 323, 341—2, 342, 388, 467, 470, 522, 543—4, 549, 550—1, 591, 599, 659, 691, 749, 754, 791, 826—7, 947, 957;

3. E u n. 5 existumabit — existumet, 72—3 sciens — scio, 93 doleret — dolet, 97 feci — faciundum; 99, 217, 258, 341, 342, 350—1, 362, 388, 469—70, 497—8, 595—6, 664, 665, 882, 903—4, 961, 1009, 1011—2, 1057, 1070, 1078;

4. H e c. 44 datumst — datur, 62—3 ducturum — duxit, 79 dicas — dixeris, 218 eritis — ero, 342 uisas — uisendi; 427, 439, 451, 466—7, 548, 567, 590—1, 667—8, 722, 730, 739, 774, 776, 857, 865, 867—8, 868;

5. H a u t. T i m. 13—4 poterit — potuit, 21 facere — fecerunt, 87—8 dixi — dicetur; 94—5, 107—8, 196, 238, 288, 317—8, 323—4, 445, 456, 500, 501, 550, 573, 583, 595, 602, 619, 698, 725, 841—2, 856—7, 860, 924, 936—7, 953—4, 1054, 1067;

6. P h o r m. 9 stetit — stetisse, 11 laedit, laederet, 38 conficerem — confeci, 103, 121, 138, 207, 208, 424, 430, 439, 452—3, 485—7, 528, 742—3, 785, 924—5, 945—6, 1039, 1051.

P l a u t. 1. C a p t. 71 dictum — dicere, 73—4 inuocat — inuocatum, 194, 231, 237, 248, 255—6, 297 scito — scire, 317, 372 fers

ut ferri decet, 385 feci — faciam, 388, 392 fecit et facit, 421—2. 440, 482, 617—8, 628, 632, 682—3, 707, 744—5, 834 nec facit nec faciet, 842, 856, 933—4, 964, 1034—5;

2. M e n. 113 Facis, faxo, 118 egi atque ago, 125 loqui, loquitur; 139, 207, 296, 320 ,339, 483—4, 503, 528—9, 592, 716, 788—9, 792, 796, 800, 805, 822—3, 831, 866—7, 900, 955, 946, 962, 984—5, 991, 1034, 1043—4, 1121;

3. M i l g l. 36, 42, 80—1, 168, 185 a, 187, 215, 345, 346, 352, 365, 367, 389, 390—1, 444, 465, 556—7, 588, 606, 625, 639, 642—3, 673—5, 776, 809, 819—20, 833—4, 837—8, 848—9, 891—3, 926, 931—2, 984—5, 1014, 1034, 1070, 1071, 1081, 1123, 1196, 1214, 1217—8, 1263—4, 1429;

4. M o s t. 42—3, 59 merui — meruisti — meres, 169 amantes — amant, 192—3, 231, 278, 339, 345—6, 425—6, 435, 437, 513, 548, 603, 667, 742, 816, 850, 950—1, 996—7, 1049—50, 1093—4, 1100, 1156;

5. P s e u d. 72 sciui ut scires, 108 dicis dictis, 119 dictum — dico, 125, 178—9, 190, 209, 213—4, 226, 236, 257—8, 350, 490—1, 517, 565, 566—7, 701, 780, 793, 817—8, 858, 861—2, 864, 881—3, 924, 937—8, 1114—5, 1119—20, 1157, 1180, 1249, 1314, 1315, 1320;

6. T r i n. 50, 56, 86—7, 115, 127, 136—8, 144, 174, 206 habet aut habiturust, 221, 247, 351, 420—1, 471—2, 530—2, 555—6, 575, 592, 633—4, 606—7. 674—5, 691 dem (Klotz.) dedisse, 741, 776—7, 819, 900, 981, 1026, 1150, 1159;

f) H i s e x e m p l i s a d i u n g a m f o r m a s p r o n o m i n u m a u t d e d u c t o r u m a u t s i m i l i t e r s o n a n t i u m.

1. A d e l p h. 107 et tu illom tuom, 169 hic propter hunc adsiste, 879 a meis me, 980 tu tuom officium;

2. A n d r. 45 quid est quod, 344 Quis homost qui me . . .? 489 quis — qui, 609 meas me, 658 tu — tua, 921 tu tuom malum;

3. E u n. 1 quisquamst, qui, 4 siquis est, qui, 96 quo quemquam, 228 sed quis hic est, qui huc pergit? 272 numquidnam hic quod nolis uides? 383 nos nostramque. 475 numquid habes quod; 558 - 559, 642, 748, 911, 978, 1081;

4. H e c. 53 studium suom et se, 89 te tuom, 97 quid hoc — quod, 119 se — suae, 132, 216, 247, 463, 516, 522, 538, 573, 577, 610, 676, 761, 794, 810, 873, 874;

5. H a u t. T i m. 59—60 tuam — te — tua, 230 mihi meo, 251

qui — quae — quid, 268, 273, 328, 351, 389, 430—1, 479, 554, 555, 572, 586, 589, 613, 712, 742, 820—1, 935—6, 942, 1008;

6. Phorm. 72 nosmet nostri, 124 Quid — hoc — quod, 133 mihi mea, 136 Hoc quod, 185, 422, 454, 467, 563, 641, 673, 722, 724, 798—9, 917, 959, 1048.

Plaut. 1. Capt. 1 Hos quos uidetis, 5 seruiat suo sibi patri, 181 meis me addicam legibus, 206 a—b nos Nostrum officium; 223, 303, 314, 316, 322, 332, 370, 371, 399, 400, 442, 451, 576, 588, 618, 652, 668, 670, 685, 687, 692, 702, 768, 853, 855, 898, 923, 976, 977, 1011;

2. Men. 51 quis quid, 174 Mihi, tibi atque illi, 302 quis — qui, 331—2 hic — hinc — hic, 361 mi, mihi, 376 hoc hic, 380 huc in hanc, 383 meo me, 397 quid est id quod regem, quod fecerim? 480, 487, 691, 692, 804, 811, 845, 957, 993, 1080, 1100;

3. Most. 158 me — mea, 182 tuos te, 204 sibi suo, 234 meis — me, 250 se suamque, 371 - 391 haec hinc, 406 meque — meas; 446, 467, 478, 498, 614—5, 711, 721 ff., 871, 932, 935—6, 939, 971, 977, 1161;

4. Mil. gl. 55 Quia — quod, 143 hinc huc, 234 mecum mea, 329 hinc huc, 377 haec hinc huc - 418; 420, 429, 430, 431, 463, 480, 582, 586, 716, 738—9, 878—9, 951. 987—8, 994—5, 1012, 1048, 1087, 1089, 1090, 1149;

5. Pseud. 9 quid est quod, 104 me — meam, 184 uos uestros que (Nonius), 246 quis est qui, 592 quis hic est qui, 593—4 hic — huic — hinc; 892, 982, 984, 1031, 1087, 1131, 1132, 1193—4;

6. Trin. 55 tu, tua, 59 tuam ego ducam et tu meam? 156 reddam suom sibi, 190 mecum meam; 262 se ab suo, 266 tuas res tibi; 390, 442, 449, 451, 687, 690, 699, 700, 718, 834, 1006, 1009, 1093, 1151.

g) Jam ponamus vocabula, quae eiusdem quidem stirpis non sunt, sed simili tamen quodam sonu notabilia.

Hoc genus dicendi potissimum „παρήχησις“ velim nominare („Wortspiel“; cf. Tumlirz, Die Lehre von den Tropen und Figuren). Cuius generis exempla efficiuntur sive demendis sive addendis litteris sive singulis vel compluribus litteris mutatis sive aliqua omnino similitudine verborum. Has figuras imprimis magni momenti esse apparet.

Exempla exstant haec apud Terentium:

1. Adelph. 331 spes opesque, 488 num nam, 575 dorsum uorsum, 650 patre — matre, 709 amandus — gestandus, 847 coquendo — molendo, 73 praesens absensque, 160 meorum morum;

2. Andr. 20—1 neglegentiam — diligentiam, 155 uxorem propter amorem, 161 manibus pedibusque (cf. 676; similes enuntiationes apud Graecos: χερσίν τε ποσίν τε; καὶ χειρὶ καὶ ποδὶ; πὺξ καὶ λάξ etc.); 212 ne quam faciam nuptiis fallaciam, 218 amentium — amantium, 274 doctum atque eductum, 279 neque amor neque pudor, 280 Commoueat neque commoneat, 319 auxilium consilium, 320 consili — auxilium, 346 perii — interii, 414 nunc hunc, 423 uerus — Erus, 425 uerum uerbum, 564 perpetuo — perpeti, 591 Num nam (cf. Adelph. 488, Eun. 286, Haut. Tim. 517), 619 rem impeditam et perditam, 676 manibus pedibus, 912 sollicitando et pollicitando;

3. Eun. 42 cognoscere atque ignoscere, 116 accepit, coepit, 187 ibo: ibi, 216 ibo atque ibi, 236 pannis annisque obsitum, 257 fartores piscatores, 286 numnam, 378 ego egi, 575 parua — praua, 680 uieturs uetus ueternosus, 705 dicat — indicat, 737 correxit — intellexi, 840 mater et pater, 1048 festiuitatem et facilitatem, 1055 precibus pretio, 1059 te praesente absente;

4. Hec. 48 fautrix adintrixque. 91 redeundi, abeundi, 249 uostram et nostram, 439 hominis faciem — faciam, 737 nam iam, 863 nam numquam;

5. Haut. Tim. 40 clamore — labore, 129 soli solliciti, 182 Aduenientem — egredientem, 183 cenam: nam — iam, 218 cognoscendi et ignoscendi, 261 monuisse — potuisse, 326 harum duarum, 356 uerba — uerbera, 379 Saltem salutare, 407 Teneone te? („Hab ich dich?“) 503 hominum naturam omnium, 517 numnam, 526 auidum — atque aridum, 618 nunciam (= nunc iam) — nuntia, 628 domna ego, erus damno auctus est, 645 stultitiae — iustitia, 863 conuennisse, egisse, 875 monitor et praemonstrator, 919 nam iam;

Phorm. 8 plorare, orare, 21 adlatum — rellatum, 55—6 res redit: siquis quid reddit, 76 dum sum, 129—30 pater — mater, 157—8 incidisset — impulisset, 167 inopia — copia, 176 amittendi nec retinendi, 216 agis — abis, 228 meliore et callidiore, 224 mortem aut morbum, 305—6 commonstrarier — demonstrarier, 374 Bonorum extortor, legum contortor, 454 quot — tot, 470 spes opesque, 500 dictis — ductes, 604 dat, sat, 521 nil ferentem,

flentem, 660 scientem ac imprudentem, 687 superi atque inferi, 771—2 Planissume — Verissume — stultissume, 908 ita, uti, 950 nolo uolo: uolo nolo rursum, 1012 itiones et mansiones; 118 cupiébat et metuébat absentém patrem.

Apud Plautum huius generis exempla inveni haec:

1. Capt. 52 nobis, uobis, 134 Macesco, consenesco et tabesco miser, 149 dixis — induxis, 389 matri et patri, 390 mora mera. 517 spes opes, 445 spes opesque, 549 matrem et patrem, 641 derunciatus, deartuatus, 656 sursum uorsum, 661 Sator sartorque scelerum, 814 quadrupedanti crucianti, 849 porcinam atque agninam, 889 Liberorum quaerundorum, 903—5 pernis pestis — labes larido — sumini absumedo — callo calamitas, 845 incensurum censes;

2. Men. 11—12 Atque ádeo hoc argumentum graecissát: tamen
Non átticissat: uérum sicilissitat.

138—9 lepidissume — hilarissume, 257 geminum — gemes, 366 Ut iussisti atque ut uoluisti, 387 Eamus — prandeamus, 480—1 dedisse — surupuisse, 571 more moro, 612 palla pallorem, 615 nuto neque nicto, 779 longos logos (Plautus non raro Graeca verba apposuit ad Latina, ut hoc modo vim dicendi augeret; cf. Trin. 669 mores moros, Men. 571 more moro, Mil. gl. 672 morus es, Pers. 49 morologus, Pseud. 1264 sermonibus morologis); 814 surupuisse atque abstulisse, 944 occidisse — uendidisse, 995 Quid statis? quid dubitatis? 1017 Agite, abite, fugite, 1157 mane sane; 689, 590;

3. Mil. gl. 2 Quam solis radii esse olim, quom sudúmst, solent;
10 fortem atque fortunatum, 37 Quid id est? —

Quicquid est. 79—80 enarrandum — auscultandum, 304 stabulum — pabulo, 351 quocquam quam, 465 quicquam quam, 552 Aqua aeque, 617 cor corpusque, 499 latrocinamini, arbitramini, 640 amoris — umorisque, 693 Praecantrici, coniectrici, 941 lepidissume et compissume, 942 nostrarum malitiarum, 971 orare atque obsecrare, 1013 tuorum conciliorum, 1052 compellare — et consectare, 1383 Comulate commoditate, 1407 dispennite — distennite, 1424 mittis? — Mitis, 1433 osculari atque amplexari; 233, 245;

4. Most. 36 potare, amare, 97—8 audietis — dicetis, 181 doctam — eductam, 196 aetate et satietate, 243—4 sacrificassem — locassem, 257 adsentatrix — aduorsatrix, 392 hac — istae, 527 tantum quantum, 565 hinc et illinc, 579 Redito — reddeturne, 701 cenandum et cubandumst, 732 nunc hunc, 916 suasore atque inpulsore, 960 fidicinas, tibicinas;

5. Pseud. 64 amores mores, 99 litterarum ego harum, 162 eluito — exstruito, 173 munditiis mollitiis deliciisque, 180 mamillae, mellillae, 228 tuorum amicorum, 283 dabit, parabit, 339 Nolo — uolo, 367 patrem atque matrem, 429 Gestores auditores, 632 soli soleant;

67—8 a-b Teneris Cabellis mólles morsiúnculae,
Nostrorum orgiorum * S * * * iúnculae,
Papillárum horridulárum oppressiúnculae.

686 labore — dolore, 975 impurum, peiurum, 989 Purus putus = 1200, 1024 uolo — nolo, 1107 Luxantur, lustrantur, 1270 accubantis potantis amantis;

6. Trin. 27 Inuitus — inuitet, 167 Me apsente atque insciente, 172 Fecisset — praesensisset, 253 Cántrices, cistéllatrices, núntii, renuntii, 260 Amor amara dát tamen, 264 ignorandust — abhibendust — apstandust, 380 docta dicta, 290—1 duraui — penetraui, 402—3 Minus— Minas, 407 piscator, pistor, 452 uostra nostra, 451 scabrae — glabrae, 645 posterorum tuorum, 666—7 erasse — opscurasse, 669 mores hominum moros et morosos, 820 Salsipotenti et multipotenti, 829 damnare atque domare, 833 Distraxissent disque tulissent, 1013—4 satin in thermipólio Cóndalium es oblítus, postquam thermopotasti gutturem? 1021 Oculicrepidae, cruricrepidae, 1029 maiore honore, 1129 meruisse — caruisse, 1155 uostra <nostra> (Niem.; Hermann. scripsit <uobis>), 1154 priorem — propior; 683.

h) His exemplis enumeratis disseram de illo genere adnominationis, quo eadem adiectiva positivo vel comparativo vel superlativo variantibus inter se a poeta ponuntur. Apud Terentium autem huius generis exempla invenire potuí nulla, quae profecto magni momenti erant. Itaque statim ad Plautum poetam mihi transeundum esse puto:

1. Capt. 461—3 Miser — miserior — miserrumus, 644 certo certius, 732 Certúmnest tibi istuc? Nón moriri certiust;

2. M e n. 817 miserorum miserrumus;

3. M i l. g l. 664 Ópusne leni? léniorem dices quam mutúmst mare;

4. M o s t. 279 nihil hac docta doctiust.

289 Pulcra mulier núda erit, quam púrpurata, púlcrior.
543—4 miser — miserius;

5. P s e u d. 438—9 Probum — probiorem;

6. T r i n. 94 Sed tu ex amicis cértis mi es certíssimus.

i) Nunc autem tractabo illud genus, quod fit, cum eadem duo vel plura vocabula c o m m u t a t i o n e c a s u u m iuxta ponuntur, quod genus dicendi a plerisque nominatur

P o l y p t o t o n (πολύπτωτον).

1. A d e l p h. 11 uerbum de uerbo, 170 oculos a meis oculis, 218 hominum homo stultissime, 255 uerum enim uero, 299 omnia omnes, 500 aequo animo aequa noscere, 608 ipsum purgare ipsi, 638 huic hic, 668 praesens praesenti, 978 omnes semper omnia;

2. A n d r. 96 omnes omnia, 639 ad eum et cum eo, 646 quí tuom animum éx animo spectauí meo! 772 illam illi, 779 alius alium (cf. Phorm. 800, Haut. Tim. 394), 918 illa illum.

3. E u n. 232 homini homo ,307 tu ostendes te, 313 Haud similis uirgost uirginum nostrarum, 355 quod donum huic dono contra comparet, 367 una in unis, 445 par pro pari, 579 solus cum sola, 622 illa cum illo, 631 aliam rem ex alia, 800 tu ut tibi, 987 aliud ex alio malum!

4. H e c. 2 nouae nouom, 142 ille inuitus illam, 169 illum ab illa, 270 aliud fortasse aliis, 306 uero ueram, 350 sola soli, 415 tu tibi, 557 solus solum conueni, 750 hic hanc, 861 hominum homo, 867 omnia omnes;

5. H a u t T i m. 4 ex integra Graeca integram comoediam, 20 exemplum, quo exemplo, 136 ille uitam illam, 394 utrique ab utrisque, 397 út ex illius cómmodo meum cómpararem cómmodum, 402 ut patrem tuom uidi ex tuo abitu, 419 nos quóque senes est aéquom senibus óbsequi, 781 illam illi, 853 illum, illam, 919 tu te;

6. P h o r m. 1 poeta uetus poetam, 43—4 suo suom, 56 siquis quid, 109 ille qui illam, 115 bonam bonis, 212 uerbum uerbo, par pari, 271 re minus rei; 562 amico amicus (hac enuntiatione Ter. poeta proverbio loco uti solet verum amicum significans, cum

Plaut. haec verba vulgo usitata usurpet; cf. Merc. 385, Mil. gl. 660, Curc. 332 etc.), 635 haec hinc, 726 Mulier mulieri magis congruit, 779 haec hinc, 790 uir uiro, 800 uterque utrique, 853 hominum homo ornatissume (cf. Adelph. 218; Plaut. Capt. 836 optumorum optume), 952 hic haec.

Etiam Plauto huius figurae summum studium fuisse iam videbimus:

1. Capt. 150 Tibi ille únicust, mi etiam único magis únicus, 229—30 Nam tú nunc uidés pro tuó caro cápite | Carum ófferre mé meum capút uilitáti. 328 multa multis, 333 optumusque hominum es homo, 355 omnes omnia, 413 tuom erum tua sapientia, 428 memet mihi, 436 Tu te, 442 dexteram tuam te dextera, 482 dictum de dictis, 540 Quis homost me hominum míserior? 577 tun te, 740 Periclum uitae méae tuo stat período. 741 Post mortem in morte, 802 Quid hic homo, tantum íncipissit fácere cum tantís minis? 999 uerum — uero, 1013 Paruolum — paruolo; cf. etiam v. 439, 630, 631, 602, 836, 1019.

2. Men. 649 Polistuc ílle scit qui illam ábstulit. 722 tu te, 778 uos — inter uos duos, 912 tu te, 945 male dicta male dictis, 961 Sáluos saluos álios uideo, 968—9 Út absente eró rem eri diligenter | Tutetur, 1088 hominem hominis similiorem; praeterea videas vs. 82, 404, 1089;

3. Mil. gl. 101 Et illa illum contra, 471 tu tibi, 757 illud ad illud exemplum, 1015 quaedam quendam, 1045 illaec est ab illa, 1054 serua illam pulcram pulcer, 1079 ab saeclo ad saeclum, 1189 ille extemplo illam, 1243 tu te, 1284 Alium alio, 1287 multos multa, 1335 labra ab labellis aúfer (cf. Pseud. 1259, Bacch. 480); non minus huc spectant vs. 39, 240, 660, 785, 1019;

4. Most. 74 Tu tibi, 124 sumptus — sumptui, 168 tu te, 204 Solam ílle me solo sibi suo aére liberauit, 351 Salus nobis salutí, 479 Hospes necauit hospitem, 593 omnium hominum homo taeterrume, 763 Ne ille éx malo malum hinc opere exemplum éxpetit (haec scriptura autem valde dubia est), 963 haec hic, 1075 praesens praesenti;

5. Pseud. 24 alia aliam, 92 tu te, 134 quicquam quoiquam, 196 tu — tibi, 202 Huncine hic, 219 tua tuorum, 350 tu te, 457 hic ad hunc modum, 569 nouo modo nouom, 692 par pari, 706 In libello hoc opsignato [ad te] hoc áttuli pauxillulo, 813 herbas herbis, 857 oculos in oculis, 883 quisque quicque, 904 nequis quic-

quam, 909 malus eum malo, 937 tu tibi, 1013 dignumst eum dignis, 1136 Hicquidem ad me récta habet rectám uiam. 1264 alium alii, 1142 praesens praesentem uidet, 1259—61 Nam ubi amans complexúst amantem, ubí labra ad labélla adiungit, | Ubi alter alterúm bilingui mánifesto inter sé prehendunt, | Ubi mámma mammicula ópprimitur .... 1283 ab ero ad erum, 1293 Vir malus uiro optumo;

6. Trin. 68 multis multum, 78 bonos bonasque, 122 Malumque — cum — malo, 153 solus solum (cf. Mil. gl. 1019, Hec. 557), 284 Malus bonum malum, 309 uictor uictorum, 323 Benefacta benefactis, 902 E manibus — in manus, 1049 ex ingenio ingenium, 1069 Hém, quis est qui méntionem homo hóminis fecit optumi? 1078 tu te, 1115 Hic homóst omnium hominum praécipuos, 1119 gaudiis gaudium, 1185 Miseria <una> uni.

Non raro autem etiam eadem vocabula invenimus repetita commutatione casuum vel genere mutato, sed compluribus verbis interiectis, quae tanti quidem momenti non sunt ut figura, quam modo tractavi, nihilo setius autem aliquam vim in se habere videntur. Propterea etiam haec exempla hoc loco adferre velim.

1. Adelph. 84—5... quem néque pudet / quicquam, nec metuit quemquam... 162 tu quod te postérius purges, ... 297 talem, tali genere, 330—1 nostrumne Aéschinum, / nostrám uitam omnium, in quo nostrae spés opesque omnés sitae / erant! cf. praeterea vs. 436;

2. Andr. 126 Hínc illae lacrumae, haec illast misericórdia, 164, 189, 215, 312, 430, 446, 540, 572, 590, 615, 786, 872, 890—1;

3. Haut. Tim. 149, 284, 562-593, 622, 632—3, 677 optume (adv.) — optumam, 710, 751, 706, 796, 869, 955, 1016, 1040;

4. Eun. 8, 65, 158, 195, 228, 231, 233, 254, 372, 419, 445—6, 516, 572, 739, 746, 790, 1004, 1025, 1057;

5. Hec. 1, 140, 262, 285, 324, 445, 496, 524, 567, 598, 640—1, 643, 769;

6. Phorm. 108, 188, 232, 264, 390, 405, 422, 435, 529, 530, 567, 719, 728, 872, 1050;

Plaut. 1. Capt. 21, 40, 98, 160—1, 170, 238—9, 279, 460, 536, 804, 909, 1034;

2. Men. 38, 355—6, 496 malam rem pro male dictis, 696, 1072, 1003, 1135—6;

3. Mil. gl. 221, 225, 356, 398, 491, 998, 1008—9, 1043, 1044, 1053, 1192, 1220—1, 1232, 1436;

4. Most. 13, 33, 169, 188, 383—4, 386, 429, 481—2, 503—4, 740, 751, 873, 906, 993, 1159, 1160;

5. Pseud. 108, 423, 444, 600, 715, 1014, 1193—4, 1271;

6. Trin. 161, 343, 368, 651, 733—6, 741, 778—9, 933, 1043, 1043—4, 1055—6.

Iam in figuris, quas adhuc tractavi, vis dicendi non solum in similitidine quadam sonorum, sed etiam nonnumquam in sensu posita erat, imprimis cum eadem verba aliis praepositionibus composita coniuncta essent inter se hoc modo, ut praepositiones significationem verbi non raro converterent in contrarium; item plerumque vis dicendi etiam sensu aucta erat, cum duo vocabula unius vel paucarum litterarum immutatione commutarentur; plurimum autem gravitatis, quod hanc rem pertinet, illud genus habere videtur, quod nominatur

b) Traductio.

Cornificius IV, 14, 20: „Traductio est, quae facit, uti, cum idem verbum crebrius ponatur, non modo non offendat animum, sed etiam concinniorem orationem reddat, hoc pacto: ‚Qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vitam non potest colere' ...... Ex eodem genere est exornationis, cum idem verbum ponitur modo in hac, modo in altera re, hoc modo: ‚Cur eam rem tam studiose curas, quae tibi multas dabit curas?' Item: ‚Nam amari iucundum sit, si curetur, ne quid insit amari'“..... Equidem cum illa exempla, quibus idem verbum crebrius ponitur, iam sub commutatione casuum attulerim, hoc loco de iteratione tantum disseram eiusdem vocabuli modo hac modo altera re adhibiti (Pseud. 90 ante tenebras tenebras persequi) aut et ad res et ad personas applicati (Pseud. 74 misere scriptum — O miserrume).

1. Adelph. 165—6 nóui ego uostra haec: ‚nollem factum; ius iurandum dábitur te esse / indignum iniuria hac' indignis quom égomet sim acceptús modis. 187 Cupio, aéqui modo aliquid. — Vah, leno iniqua me non uolt loqui. 384 uidere uideor iam diem illum.

2. Andr. 37—8 — féci ex seruo ut ésses libertús mihi, / Proptérea quod seruibas liberaliter. 338 Dí boni, boni quid porto! 431 Renúntiabo ut pro hóc malo mihi dét malum.

832 Ímpetrasti: incépi, dum res tetulit, nunc non fért: feras.

3. Hec. 55 mea caúsa causam accipite et date siléntium. 787 Ob eam rem uin ergo intro eam?

4. Haut. Tim. 41 mea caúsa causam hanc iústam esse animum indúcite . . . . 168—9 . . . séd ut díeï témpus est, / tempust monere me hunc uicinum Phániam . . . .

5. Phorm. 15 quem diceret nisi habéret cui male diceret. 107—8 . . . . ut, ni uís boni / in ípsa inesset forma, haec formam exstinguerent. 138 quod fors feret, feremus aequo animo („Was die Schickung schickt, in das schicke ich mich mit Gleichmut"; Hauler in edit. Phormionis). 587 . . . nam ego meórum solus sum meus (has argutias verborum ex Graeco architypo assumptas esse Hauler in editione supra commemorata demonstrat: „Ἐγὼ γάρ εἰμι τῶν ἐμῶν ἐμὸς μόνος").

Plaut. 1. Capt. 78—9 Ubi rés prolatae súnt, quom rus hominés eunt, / Simúl prolatae rés sunt nostris déntibus. 519 Neque exitium exitiost. 898—9 Er. Spónden tu istud? He. Spondeo. / Er. At ego tuom tibi áduenisse fílium respondeo. 409 faciam, ut faciat facilius. 103 recipit — recipiam; 32, 121, 333, 645, 991.

2. Men. 105—7 Domí dominatus sum úsque cum carís meis:
Nam néque edo neque emo, nísi quod est carís-sumum.
Id quoque iam : cari, qui ínstruontur déserunt....
133 Meó malo a malo ábstuli.

3. Mil. gl. 4 . . . . Praestríngat oculorum áciem in acie hostibus.

4. Most. 254—5 sátin compositust commode? — Ubi tu commodas, capillum cómmodum esse credito. 270 uideor uidisse = 820. 716.

5. Pseud. 74 misere scriptum — miserrume; 90 ante tenebras tenebras persequi; 328, 454, 696, 1059—60, 1065, 41 ff.

6. Trin. 486 Id óptumum esse, túte sis óptumus.

m) Figura etymologica (σχῆμα ἐτυμολογικόν).

Landgraf, acta Seminarii Philolog. Erlang. (vol. II. 1881) figuram etymologicam hoc modo definit: „Compositio duorum con-

genererum vocabulorum, quae item grammaticae legibus arctissime inter se connexa unam eamquem amplificatam atque dissertissimam notionem efficiant." Hac figura varia ratione effici potest, cum aut accusativus substantivi cum verbo eiusdem stirpis coniungitur (officium facio Ad. 593) aut ablativus cum verbo affini (in somnio somniaui Mil. gl. 773) aut nominativus cum verbo passivo sive intransitivo (tinnit tintinnabulum Trin. 1004); item non raro ablativus ad verbum affine positus est hoc modo: memoria memini (Capt. 393) aut substantivum augetur adiectivo cognato (amicissumam amicam Pseud. 1263) aut adiectivum adverbio affini amplificatur (misere miser sum Pseud. 13); denique simili modo verbum coniungitur cum adverbio eiusdem generis (cursim curram Pseud. 358) vel adiectivum cum verbo hoc modo: memor meminit (Pseud. 940) vel adiectivum cum substantivo hac ratione: honore honestiorem (Capt. 392). (Cf. Otto Raebbel, De usu adnominationis apud Romanorum poetas comicos). — Sed iam pergam ad exempla huius generis enumeranda:

1. Adelph. 57 liberalitate liberos, 69 officium facit, 165 ius iurandum = 306, 593 officium facio, 980 officium facies;

2. Andr. 964 gauisurum gaudia;

3. Eun. 134 forte fortuna = 568, 586—7 luserat — ludum, 644 facinus facere;

4. Hec. 54, 386, 644, 697, 870;

5. Haut. Trin. 143, 286, 624, 723, 764;

6. Phorm. 18 studio studuit, 495 Cantilenam eandem canis, 578 factum = facit, 724 officium fecisse, 739 nomen nominat, 841 O Fortuna, o Fors Fortuna.

Multo uberius autem Plautum poetam hac figura usum esse videbimus:

1. Capt. 67 iudices iustissumi, 84 ruri ruranti, 358 Quod bonis bene fit beneficium! 420—1 laudibus — conlaudauit, 297 Fecit officium hic suom, 393 memoria memini, 250 Memoriter meminisse; praeterea cf. vs. 334, 39, 392, 544, 595, 107, 247, 422, 774, 825, 392, 102, 356, 893;

2. Men. 17 uinclo uincies, 151 caueo cautius, 292 <insane> insanum, 447 facinus feci, 20, 895, 897, 38, 587;

3. Mil. gl. 628 uitam uiuere, 773 in somnio somniaui, 523 Transcurre curriculo, 989 pulcram pulcritudinem, 258 Docte — perdoctam dabo, 34 dentes dentiant, 939 dolum dolamus, 726, 309,

498, 621, 734, 381, 400, 228, 482, 475, 700, 747, 525, 1035, 258, 95, 97, 190;

4. Most. 777 facio facinora, 82 relictae reliquiae, 1158 ludo ludere, 985 misere, miseret, 161 O Venus venusta, 272, 274, 411, 460, 791, 45, 1094;

5. Pseud. 24 Ludis me ludo tuo, 65 suauis suauiatio, 1254 in loco festiuo sumus festiue accepti, 1062 mea laetitia laetus, 13 misere miser sum, 358 cursim curram, 940 memor meminit, 337 uiuos uiuam, 830, 372, 512, 590, 224, 375, 913, 1104, 524, 820, 1263, 882, 1297, 821, 709, 940, 339, 135, 197, 542, 756—7, 689;

6. Trin. 83 metere messem, 1004 tinnit tintinnabulum, 665 ingenium tuom ingenuum, 1023 currenti cursori, 174, 302, 304, 494, 730, 741, 755, 1143, 1159, 612.

n) Restat, ut illas paronomasias adferam, quae imprimis facete dictae sententiam efficiunt iocularem. Sed apud Terentium, qui omnino paronomasia multo parcius utitur quam Plautus, huius generis exempla invenire non potui, cum Plautus etiam iocos huius modi non raro usurpasse videatur:

1. Capt. 274 Eúgepae Thalém talento nón emam Milésium.

577—8 Quid ais, furcifér? tum te gnatum esse memoras líberum?
Nón equidem me Líberum, sed Phílocratem esse aió . . . .

860 Nón enim es in sénticeto, éo non sentis . . . . 888 At nunc Siculus non est: Boius est: Boiam terit.

2. Men. 263—4 Proptérea huic urbi nómen Epidamno índitumst,
Quia némo ferme sine damno huc deuórtitur.

267 Ne mihi damnum in Epidamno duis. 295 Si tú Cylindrus seú Coriendrus, périeris (Bothe scripsit: Coriandrus).

3. Most. 375 Válet ille quidem atque égo disperii. — Bísperiisti? quí potest?

769—70 Nec mi úmbra ibi usquamst, nísi si in puteo quaépiamst.
Quid? Sársinatis écquast, si Umbram nón habes?
845—7 Apage istum circúmductorem: níl moror ductárier.

Vím qui perductét? — Apage istum perductorem, nón placet.
Quicquid est, errabo potius quám perductet quíspiam.

4. Mil. gl. 289 Quod ego, Sceledre, scelus ex te audio?
330 nescio quae te, Sceledre, sceledra susciant.

438 Ἄδικος es tu, nón Δικαία et meo ero facis iniuriam.

494 Sceledre — scelerum.

1292—4 Muliér profecto nátast ex ipsá Mora;
Nam quaéuis alia; quaé morast aequé, mora
Minor éa uidetur, quám quae propter múlieremst.
1308—9 Amóris causa hercle hóc ego oculo utór minus:
Nam si ábstinuissem amórem, tam quam hoc úterer.

1406 óbsecro. — Quam mox seco?

5. Pseud. 193 Lenone ex Ballióne regem Iásonem.
229 Crás Phoeniciúm, poenicio cório inuises pérgulam.
585 a Ballionem exballistabo lepide. 607 Tune es Ballio? — Immo uero ego éius sum Subbállio.

653—4 Séd quid est tibi nómen? — Harpax. — Apage te, Harpax: haú places.
Húc quidem hercle haud ibis intro, níquid, ‚harpax' féceris.

712 Quís istic est? — Charinus. — Euge, iám χάριν τούτῳ ποιῶ (sic Scaliger coniecit).

748 Ecquid is homo scitust? — Plebi scitum non est scitius.

1010 Tun és is Harpax? — Ego sum: atque ipse harpáx quidem.

1205—6 Édepol hominem uérberonem Pseúdolum, ut docté dolum / Commentust.

6. Trin. 666—8 Scío te sponte nón tuapte erasse, sed amorém tibi
Pectus opscurásse: atque ipse Amóris teneo omnis uias.
Ítast amor, ballísta ut iacitur: nil sic celerest néque uolat.

987—8 . . . . . Ipsus es? / Ipsus, inquam, Charmides sum. — Ergo ipsusne es? — Ipsissimus.

Iam paronomasiis pertractatis transibo ad

Similiter cadentia et desinentia.

Cornif. IV, 20, 28: „Similiter cadens exornatio appellatur, cum in una constructione verborum duo aut plura sunt verba, quae similiter isdem casibus efferunter, hoc modo: ‚Hominem laudem egentem virtutis, abundantem felicitatis?' . . . . Similiter desinens est, cum, tametsi casus non insunt in verbis, tamen similes exitus sunt, hoc pacto: ‚Turpiter audes facere, nequiter studes dicere; vivis invidiose, delinquis studiose, loqueris odiose.' Item: ‚Audaciter territas, humiliter placas.'" — Similiter cadens Graece nominatur *ὁμοιόπτωτον*, similiter desinens *ὁμοιοτέλευτον* (*ἰσοκατάληκτον* Gell. XVIII, 8). Attamen extremorum vocabulorum similes sonus haud paucos iam attuli, cum disserui de paronomasia atque imprimis de figura, quae appellatur *παρήχησις*; illo loco enim praeter ceteras etiam figuras tractavi, quae lingua Germana vulgo vocatur „Vollreim" (cf. Tumlirz, Die Lehre von den Tropen und Figuren, p. 40). Licet exempli causa repetere Ad. 331 spes opesque, 709 amandus — gestandus; Andr. 155 uxorem propter amorem, 20—21 neglegentiam — diligentiam, 912 sollicitando et pollicitando; Eun. 1059 te praesente absente, 42 cognoscere atque ignoscere; Hec. redeundi, abeundi; Haut. Tim. 326 harum duarum condicionum, 503 hominum naturam omnium; Phorm. 228 meliore et callidiore, 521 ferentem, flentem, 8 plorare orare, 305—6 commonstrarier — demonstrarier; Capt. 849 porcinam atque agninam, 641 deruncìatus, deartuatus; Pseud. 429 Gestores — auditores, 162 eluito — exstruito, 283 dabit, parabit et multa alia exempla, quae non iterum enumeranda esse puto. Restat igitur, ut de ceteris vocabulis agam, „quae similiter isdem casibus efferuntur" aut „tametsi casus non insunt in verbis, tamen similes exitus" habent. Quo genere dicendi imprimis poetas valde abundare apparet; plerumque autem talia similiter cadentia vel desinentia ita tantum etiam vim in se habent, si saepius iterantur ut: parcens, quaerens, illi seruiens (Haut. Tim. 139), cum haud paucae figurae huius modi, quae a legentibus conici possunt, omnino in mente poetae non fuerint. Attamen iam proferam exempla huius generis, quae potissimum maioris vel minoris momenti esse videntur:

1. Ad. Sim. cad.: 259 . . . fratrem, hominem neminem ésse primarum ártium magis principem; 502 potentes, dites, fortunati, nobiles; 101 non ésse flagitium míhi crede adulèscentulum . . . Praeterea cf. 112, 118, 463—4, 536, 537, 578, 650, 673—4, 678, 697, 760—1, 828—9, 921—2, 960—1, 983. Sim des. 134 profundat, perdat, pereat; 622 ualeas, habeas; 703 periit abiit, nauem descendit; 71—73 redit — facit — erit; 50—1, 137—8, 152—3, 159a—60, 239—40, 403—4, 471—4, 411—12, 490—1, 498, 516, 552, 592—3, 620, 662—4, 670, 685—6, 719, 738, 751, 786, 789, 814—5, 830, 835—6, 839—40, 849, 914, 950—1, 952, 963, 991, 997.

2. Andr. Sim. cad. 18 Naeuium Plautum Ennium; 71—2 neglegentia — integra; 80—1, 84, 100, 112—3, 122—3, 130—1, 159—60, 197—8, 199, 206, 248, 257, 279, 290, 295, 347—8, 368—9, 432, 438—9, 507, 562, 635—6, 671—2, 674, 765, 794—5, 831, 903, 935, 938, 967—8.

Sim. des. 89 dedit cenauit, 90 quaerebam comperiebam, 140—1 prohibui seruaui, 15 uituperant — disputant; 22—3, 213—4, 244, 274—5, 280, 286—7, 297, 384, 385, 398, 415, 473—4, 502—3, 505, 512, 520, 586, 592, 604—5, 613—4, 622, 637a, 641, 648, 649, 679, 697—8, 702, 705, 708, 714, 729—30, 744, 763, 764, 766—7, 768, 772—3, 784, 800—1, 808, 818, 821—2, 863, 877—8, 886, 889, 898, 912—3, 938—9, 942—3, 945, 957—8, 966—7.

3. Eun. Sim. cad. 111 matris nomen et patris; 148 neque amicum neque cognatum; 242 qui color nitór uestitus; 257 cetarii lanií coqui factóres piscatóres; 37, 38, 59—60, 67, 108—10, 145, 116—7, 119, 128, 155—6, 170—1, 235, 236, 265, 279, 292, 297, 299, 304, 330, 357, 365, 402, 419, 440—2, 474—5, 476—7, 513, 524—5, 541, 584, 589—90, 598, 601—3, 605, 625—6, 631, 652, 686, 688, 775, 780, 788, 860, 863, 864—5, 872—3, 916—17, 918, 938, 941, 943, 949, 968—9, 1018—9, 1034, 1058—9, 1082, 1086, 1072—3.

Sim. des. 134 producit, uendit — adfuit; 192 praesens absens;

193—5 cum milite isto práesens absens út sies;
diés noctisque mé ames, me desideres,
me sómnies, me exspéctes, de me cógites,
me spéres, me te obléctes, mecum tota sis.

Praeterea: vs. 9—10, 46—7, 62—4, 70—1, 73, 74—5, 78—9, 86—7, 88—9, 92—3, 105—6, 113—5, 134, 151—2, 153, 162, 178—9, 278, 259, 322, 340—1, 350, 373, 427, 447, 578, 581, 593, 600, 646,

650, 656—7, 667, 684—5, 720, 722—3, 750, 807, 809, 822—3, 887—9, 964, 965, 1081.

4. Hec. Sim. cad. 16 quia scibam dubiam fórtunam esse scaénicam; 35 comitum conuentus, strepitus; 315 rusum prorsum; 117—8, 425, 440, 478—9, 319, 558—9, 631—2, 654—5, 692—3, 770, 848, 880.

Sim. des. 18—9 discerem — abducerem, 41 clamant pugnant; 73—4 capi — mihi; 77—8, 107, 204—5, 210, 291, 412—3, 460, 467, 487—8, 495, 516, 544, 615, 630—1, 656—7, 671—2, 680—1, 682, 700—1, 717, 723—4, 828—9, 843—4, 851, 863, 876.

5. Haut. Tim. Sim. cad. 180 . . . Menedemum nostin nostrum uicinum? 877 caudex, stipes, asinus, plumbeus; 903 latus lectus; 942 omnia me mea bona, 968 uictus, uestitus; 23, 42—3, 51—2, 120—1, 156—7, 207—8, 213—4, 248—9, 288--9, 293—5, 297—8, 301—2, 309—10, 311, 319—20, 335, 395—6, 399, 445, 476—7, 491, 526, 656, 790—1, 841, 883, 897, 901—2, 957.

Sim. des. 760 . . . . dudum? dictum factum reddidi; 139 parcens quaerens, illi seruiens, 260 pudet me et miseret, 465 sumat consumat perdat; 7—8, 18—19, 21—2, 25—7, 33—4, 43, 44—5, 58, 79, 111—2, 129—30, 184, 239, 240, 243—4, 255, 223, 379, 384—5, 400, 437—8, 455—6, 484—5, 495—6, 497—8, 532—3, 542—4, 610, 612—3, 657, 659, 692—4, 696—7, 701, 732, 741, 748, 803—4, 813, 815—6, 823—5, 827—8, 831—2, 844—6, 860, 866, 872—3, 891—2, 903—5, 915, 922—3, 927—8, 932, 946, 958—9, 1055, 1056.

6. Phorm. Sim. cad. 63 fratrem maiorém Chremem; 106 capillus, passus, nudus pes; 6, 9—10, 17, 35—6, 98, 114—5, 225—6, 276—7, 284, 297—8, 367, 376, 621—2, 633—4, 653, 706—7, 859, 873—4, 884, 890, 896—7, 952—3, 1029, 1034, 1043, 1045—6.

Sim. des. 3 scribat parat, 103—4 imus uenimus uidemus; 3—4, 11—2, 18—9, 38—9, 73—4, 85—7, 101—2, 109—10, 112—3, 135, 142—3, 148—9, 186, 198, 209, 216, 228—9, 241, 289—90, 331—2, 363—4, 377, 384, 403—4, 419, 430, 439—40, 447, 456—7, 462—3, 485—6, 492, 522, 573—5, 591—2, 594—6, 618, 637—8, 641, 657—8, 688, 698, 701—2, 703, 707—8, 714, 717, 727, 729, 736, 759, 771—2, 793, 823, 836, 844, 849, 863, 867—8, 878, 882—3, 894, 906, 942—3, 945, 950, 975, 982, 1030, 1031, 1035, 1051.

Plaut. 1. Capt. Sim. cad. 8 Altrúm quadrimum púerum; 275 péssumi et fraúdulentissumi; 67—8, 85—7, 167, 280, 327, 402—3, 426—7, 646—7, 661, 759—60, 803—5, 838, 851, 874, 879, 1030—1.

S i m. d e s. 671—4:

Fuis scelestis fálsidicis falláciis
Deártuasti dilacerauisti átque opes
Confécisti omnis, rés ac rationés meas;
Ita mi éxemisti Philocratem falláciis.

Praeterea vide vs. 47, 54—5, 63, 78, 84, 207a—b, 263—4, 294, 296, 303—4, 380, 461, 479—80, 486, 513, 535, 596—7, 607—8, 617, 628, 635—8, 640, 650—1, 660, 665—6, 691—2, 695, 781—2, 797—8, 804, 839, 895, 896, 942, 972, 1035.

2. M e n. S i m. c a d. 170 Fúrtum, scortum, prándium; 232 Fratrém quaesitum géminum germanúm meum. 402—3 Ligneam /, Saepe tritam, saepe fixam, saepe excussam mállleo; 15, 137, 210, 366, 491—2, 533, 598, 598—9, 613, 645—6, 759, 778—9, 854, 887—8, 957.

S i m. d e s. 1017 Agite, abite, fugite; 20—3 dabat — pepererat — uiderat — censeat; 47—8, 54—5, 111, 114, 115—6, 132, 163, 204—5, 208—9, 259—60, 266—7, 301, 342, 423, 424—5, 426, 444—5, 476, 485—6, 509, 510, 514—5, 547—8, 551, 593, 594—5, 603, 617, 639—40, 649, 671—2, 685, 712—3, 717, 742—3, 746, 788—9, 823—4, 845, 857, 860, 885—6, 912, 923, 944—5, 960, 962, 983, 994—5, 1012, 1079—80.

3. M o s t. S i m. c a d. 40 rullus, hircus; 144 rés, fides, fáma, uirtús, decus; 875 Pecúli sui prodigi, plagigéruli; 50, 274, 306, 325, 372, 378—9, 397, 564, 616—7, 640—1, 664—5, 673, 699—700, 738, 875, 957, 995, 1045, 1047, 1118.

S i m. d e s. 235 dies noctisque estur, bibitur; 23—4 Amicas emite, liberate: pascite / Parasitos. Item: vs. 9—10, 52, 63, 65, 85—6, 103, 108, 137—8, 142—3, 167, 169—71, 187, 194, 201—2, 238, 278, 285, 290, 315, 341—2, 352—3, 354—5, 361—2, 367, 368, 452, 474, 515—6, 522, 584—5, 618—9, 654, 662—3, 675—6, 683, 687—9, 694—5, 702, 715—6, 744—5, 794, 822, 823—4, 834, 928—9, 939, 947—8, 960, 966—7, 974, 987, 989, 1004—5, 1021—2, 1024, 1029, 1036, 1070, 1077, 1152, 1164, 1166.

4. M i l. g l. S i m. c a d. 191 fálsiloquom, falsificum, falsiiurium;

189 a—b: Os habet, linguám, perfidiam, malitiam
atque audaciam.
Cónfidentiám, confirmitátem, fraudeléntiam.

1027 Conlaudato — commemorato; 1178 Caúseam habeas férrugineam et scútulam ob oculos láneam; 1180 Íd conexum in úmero laeuo, exfáfillato brácchio; 441 Géminam germanam meam;

12, 14, 42—3, 90, 79—81, 151, 135, 139—40, 141—2, 150—1, 161—2, 179—80, 209—10, 224, 238, 287, 316, 320, 319—21, 324, 325—6, 340, 413, 490, 505, 507, 544, 550, 620—1, 647, 665, 688, 667, 699, 717, 775, 789, 923—4, 958, 961, 1003, 1291—2, 1370, 1380.

Sim. des. 60—1. dixerúnt tibi? — inquít mihi; 201 curans, cogitans; 237—8. . . . astutiam — geminam germanam alteram; 69, 114—5, 122—3, 131—2, 156, 195, 196, 205—8, 214, 217—8 235—6, 252, 256, 264—5, 266, 288—9, 299, 331, 337—9, 343, 349, 375, 403, 408—9, 431, 433—4, 439—40, 460—1, 472—3, 579—80, 615—6, 616—7, 655—6, 680—1, 689, 695, 708, 715, 722—3, 753—4, 755—6, 762, 773—4, 784, 814—5, 820—1, 833—4, 835, 850, 863, 903—4, 913, 976, 981—2, 992, 994—5, 1033, 1092, 1097, 1100, 1117, 1119, 1147—8, 1150, 1161, 1166, 1185—6, 1204—5, 1208, 1221, 1244, 1252, 1255 1262, 1272—3, 1275, 1298—9, 1331—2, 1342—3, 1359, 1359—60, 1371, 1409—11, 1423, 1429, 1431—2, 1434—5.

5. Pseud. Sim. cad. 146—7 Ut né peristromata quidem aeque pícta sint Campánica / Neque Aléxandrina béluta tónsilia tappétia; 164 Vorsa sparsa, tersa strata; 239a, 265—6, 296—8, 301—2, 385, 499—50, 649—50, 678, 705h, 764—5, 787—8, 974—5, 980—1, 1067—8, 1243, 1321.

Sim. des. 138 rape clepe tene; 1133 Edunt, bibunt, scortantur; 173 in munditiis mollitiis deliciisque aetatulam agitis; 10—11, 38—9, 73, 75—6, 95, 111—2, 136, 192, 205b—6, 230—1, 281—2, 285, 348, 379, 386, 392, 435, 460—1, 466—7, 470—1, 531—2, 534—6, 559—60, 564—6, 578, 586, 588—9, 613, 639—40, 664—5, 666, 685, 726, 751—2, 811—3, 837—8, 864—5, 883—4, 897—8, 920, 923a, 997, 1024—5, 1042—3, 1086, 1102, 1148, 1191, 1214, 1280 a b, 1307—8.

6. Trin. Sim. cad. 114 illum corruptum filium; 239—41 despoliator — corruptor — indigator; 199—201 . . . stúltius neque stólidius / Neque cónfidentilóquius neque peiiúrius . . . ; 169, 190—1, 219—20, 275, 286, 302, 321—2, 317, 331, 407, 454—5, 481, 486—7, 596, 846, 862, 1020—1, 1038—9, 1073—4, 1110.

Sim. des. 140 Subigís maledictis mé tuis . . . 64 . . ignotam cápiam, quid agam nesciam; 17, 29—30, 39—40, 71—2, 134—5, 145, 158—9, 162, 169, 188, 234, 243, 256, 279, 289, 292, 316, 325—6, 332, 339, 343, 371, 431, 448, 488—9, 458—9, 492—3, 513, 554, 564, 624—5, 633, 643—4, 655, 696, 698, 726, 773, 777—8, 783—4, 914, 1005, 1008, 1015, 1032, 1052—3, 1059, 1091—2, 1102—3, 1163—4.

Denique persaepe et apud Terentium et Plautum in eodem versu extremae syllabae similiter sonant hoc modo: amicitiá mea

(Ad. 250), certó scio (Ad. 256), ferundis míseriis etc. Attamen tales exitus versuum minoris aut nullius momenti sunt, quapropter exempla huius generis omittenda esse puto.

Compar (*ἰσόκωλον*).

Cornif. IV. 20, 27: „Compar appellatur, quod habet in se membra orationis, de quibus ante diximus, quae constent ex pari fere numero syllabarum. Hoc non dinumeratione nostra fiet — nam id quidem puerile est —, sed tantum adferet usus et exercitatio facultatis, ut animi quodam sensu par membrum superiori referre possimus." Compar igitur constructio est verborum, cuius membra „ex pari fere numero syllabarum" constant hoc modo, ut tales enuntiationes haud minime efficaces sint ad aures permovendas. Sed iam ordiamur:

1. Adelph. 117 obsónat, potat, ólet unguenta: dé meo. 173 O fácinus indignum! — Geminabit nísi caues. — Ei miseró mihi! 529 cliéns, amicus, hóspes, nemost uobis? 758 hancíne uitam! hocine móres! hanc deméntiam!

864—6 clémens, placidus, núlli laedere ós, adridere omnibus;
síbi uixit, síbi sumptum fecit: omnes bene dicúnt, amant.
ego ille agrestis, saéuos, tristis, párcus, truculentus, tenax . . .
942—3 Da veniam. — Ne grauáre. — Fac promitte. —Non omittis?
Non, nísi te exorem. — Vís est haec quidem. — Age prolixe Mício.

Ib. 966, 968, 982, 487.

2. Andr. 45 Quin tu úno uerbo díc, quid est quod mé uelis; 103 Placuit, despondi. Ib. 126 Hinc illae lacrumae, haec íllast misericórdia. 210, 211, 244, 315, 384, 473 (cf. Ad. 487), 804, 846—8, 872.

3. Eun. 336 incúruos, tremulus, lábiis demissís, gemens. 675 Rogitas? non vides? Ib. 767, 821, 908, 915, 1007.

4. Hec. 316—7 Nóli fabulárier. / pro Iuppiter, clamórem audiui. — Tute loquere, mé uetas. Ib. 527, 708, 831.

5. Haut. Tim. 174 hinc á me? quisnam egreditur? huc concéssero. Ib. 454, 461—2, 622, 632, 677, 780, 856, 872, 917.

6. Phorm. 188 eius me miseret, eí nunc timeo, is núnc me retinet. 236 'inuitus feci. lex coëgit?' audio, fateór. Ib. 243, 319—20, 485, 566, 799, 994—9.

Plaut. 1. Capt. 770—1 Laudém lucrum, ludúm, iocum, festíuitatem, ferias,
Pompám, penum, potátiones, sáturitatem, gaúdium.
Ib. 207 a—b, 208, 280—1, 506—7, 535, 616, 647—8, 903—5.

2. Men. 975 Verbéra, compedes, molaé, magna lassitúdo, famés, frigus dúrum. Ib. 114, 115—6, 120, 170, 235, 476, 551, 864, 867, 975, 997—9.

3. Mil. gl. 69 Molestaé sunt: órant, ambiunt, exóbsecrant. Ib. 89—90, 130—1, 200, 206—7, 251—2, 420, 490, 630, 708, 709 ff., 936, 1100, 1119, 1155, 1236, 1244, 1344.

4. Most. 111 Vénit imbér, lauit párietes: perpluont. Ib. 144, 152, 275, 375, 794, 873, 957, 964, 1118, 1161, 1164.

5. Pseud. 64—8, 70, 138, 164, 360—6, 814—5, 859—60, 1218—9.

6. Trin. 196, 225, 238—41, 244, 252, 289, 406, 407—8, 596, 698, 826;

Longe gravior autem vis dicendi est, cum ad paria membra accedunt etiam vocabula paria aut similia. Cuiusmodi figura a Graecis nominabatur

παρόμοιον.

Exempla exstant apud Terentium haec:

1. Adelph. 36—7 ne aut ille álserit, / aut úspiam cecíderit, aut praefrégerit. 134 profundat, perdat, pereat, ibd. 32—3, 39—40, 70—3, 168, 198, 201—2, 213, 290, 300, 316, 318—9, 330, 343, 417—8, 425, 436, 546—7, 556, 628, 656, 670—2, 703, 780, 789, 872—4, 952, 972.

2. Andr. 120 adeó modesto, adeó uenusto, ut nil supra. 126 Hinc illae lacrumae, haec illast misericordia. Ib. 164, 312, 362, 365, 386, 635, 745—6, 764, 774, 886, 898, 911.

3. Eun. 193—5 díes noctisque mé ames, me desíderes, me sómnies, me exspéctes, de me cógites, me spéres, me te obléctes, mecum tóta sis. Ib. 59—61, 242, 257, 373, 427, 593, 818, 849.

4. Hec. 291 rém cognosces, iram expedies, rursum in gratiám restitues. 440 magnus, rubicundus, críspus, crassus, caésius.

5. Haut. Tim. 139 labórans, parcens, quaerens, illi seruiens. 322 Vis amare, uis potiri, uís quod des illi éffici. Ib. 12, 194, 227, 240, 255, 372—3, 465, 556—7, 642, 878, 946, 1055, 1061—2.

6. P h o r m. 103—4 imus, uénimus, / uidemus: uirgo púlcra. Ib. 135, 186, 282, 341—2, 374, 496, 594—5, 858, 867—8, 950, 951, 1019.

P l a u t. 1. C a p t. 162—3:

Opus Pánicis, est ópus Placentinís quoque,
Opus Túrdetanis, ópust Ficeduléusibus.

2. M e n. 132 Hoc fácinus pulcrumst, hóc probumst, hóc lépidumst, hoc factúmst fabre. Ib. 302—3, 865, 1115.

3. M o s t. 167 Volo mé placere, Phílomachi, meo océllo, meo patróno. Ib. 367, 603.

4. M i l. g l o r. 189 a—b

Os habet, linguám, perfidiam, málitiam atque audaciam, Cónfidentiám, confirmitatem, frauduléntiam.

Ib. 161—2, 331, 1033, 1092, 1204—5.

5. P s e u d. 1126—7 Dum recéns est, / Dum calet, dum datur, deuorari decet . . .

6. T r i n. 368 Túte ad eum adeas, tute concilies, túte poscas. Ib. 696, 1020—1.

Postremo huc referendam esse puto figuram, quae vocatur

Ἀντιμεταβολή **(commutatio)**

C o r n i f. IV, 28, 39: „Commutatio est, cum duae sententiae inter se discrepantes ex transiectione ita efferuntur, ut a priore posterior contraria priori proficiscatur, hoc modo: ‚Oportet esse, ut vivas, non vivere, ut edas.'" Etiam huius generis nonnulla exempla invenire possumus apud Terentium et Plautum:

1. A d e l p h. 23—4 ei partem áperient, / in agéndo partem osténdent. 824 hóc licet impune fácere huic, illi nón licet.

2. A n d r. 920 Sí mihi perget quaé uolt dicere, éa quae non uolt aúdiet.

966 Néscis quid mi obtígerit. — Certe séd quid mi obtigerít scio. Ib. 349.

3. E u n. 813 nólunt ubi uelís, ubi nolis cúpiunt ultro. Ib. 440—4.

4. H e c. 78—9 si quaerít me, uti / Tum dicas; si non quaéret, nullus dixeris, . . . Ib. 558—9.

5. H a u t. T i m. 153—4 uerum néc illum tu satis nóueras / nec te ille. Ib. 203, 325, 524, 1039.

6. C a p t. 221 Nam doli non doli sunt. 39 Huius illic, hic illius hódie fert imáginem. 249 Scio equidem me té esse nunc et té esse me. Ib. 315, 455, 461—2, 566, 627, 816.

7. Men. 1090 Qua híc tuist tuque húius autem. Ib. 1097—8.

8. Most. 53—4.

Decét me amare et té bubulcitárier, / Me uíctitare pulcre, te miserís modis. Ib. 160—1, 305, 671—2.

9. Mil. gl. 227 Quae híc sunt uisa, ut uísa ne sint, fácta ut facta né sient. Ib. 600, 1068.

10. Pseud. 71 . . . . . Nisi quaé mihi in test aút tibist in mé salus. Ib. 858—864, 1333.

11. Trin. 329 nam quód tuomst meumst ómne, meumst autém tuom. Ib. 104—5, 308—12, 351, 360 361, 670—1.

Iam licet transire ad figuras, quae fiunt repetitione eiusdem verbi; primum illud genus ponam, quod vulgo appellatur

1. Anaphora vel repetitio (*ἀναφορά—ἐπαναφορά*).

Haec figura difinitur a Cornuficio IV, 13, 19 hoc modo: „Repetitio est, cum continenter ab uno atque eodem verbo in rebus similibus et diversis principia sumuntur.“ Idem compluribus exemplis allatis pergit: „Haec exornatio cum multum venustatis habet tum gravitatis et acrimoniae plurimum. Quare videtur esse adhibenda et ad ornandam et ad exaugendam orationem.“

Qua figura Terentium poetam persaepe usum esse videbimus.

a) Anaphorae adjectivorum:

Phorm. 342 prior bibas, priór decumbas. (Si idem vocabulum in eodem versu repetitur, poetae comici ictum solent mutare), Praeterea: Maxume Hec. 307, aliud Hec. 844, omnis Haut. Tim. 460—1, quot Hec. 817.

b) Pronominum.

α) Pronominum personalium.

Adelph. 455—6 In té spes omnis, Hegio, nobis sitast:
te sólum habemus, tú es patromus, tu pater.

ibd. 628 égomet rapui ipse, égomet solui argentum, ad me abductast domum.

me Haut. Tim. 463, Eun. 193—5 (octies); te Hec. 338, Eun. 887—8; tu Phorm. 496; tune Andr. 910; Mihin? ibd. 849—50; ego Hec. 244; eum Adelph. 9—10.

β) Pronominum demonstrativorum.

Adelph. 237 Hocíne illo dignumst? hócine incipere Aeschinum . . . .

eam Haut. Tim. 190; illi Hec. 94—5; hancine — hacine ibd. 282—3; hos — hisce Eun. 249; iste Eun. 823—4; hoc Eun. 275; praeterea cf. Adelph. 74—6, 408, 417—8, 709, 425, 740—1, 758, 872—4, 976—8; Andr. 236, 831; Haut. Tim. 268—9, 856.

γ) Pronominum relativorum.

Andr. 481 Adhúc, Archilís, quae adsolént quaeque oportent. . . . . Adelph. 30—1, 53, 666—7; Andr. 272—3, 764, 905; Haut. Tim. 196, 216, 595—6, 790—1, 1018, 1027; Eun. 17—18, 65, 488, 911—12, 1046—7; Hec. 97—8, 362—3, 539, 573 (alterum pron. interrog.), 728, 794; Phorm. 168—9, 951, 1050.

δ) Pron. interrogativorum.

In his pronomen „quid" maxume abundat: Hec. 350—7, 436, 613—5, 627—8, 715. Phorm. 144—5, 167, 199, 322, 444, 754—5, 779—80, 798—801, 811—12, 833, 955; Eun. 304, 326, 417—8, 555, 558—60, 671—2, 849, 947—8, 950, 967—7, 1007, 1025, quid — quo — quid Hec. 516; quantum — quanta ibd. 876; qui — quae — qui Phorm. 129—30; quem ibd. 367, quid — quem — quo ibd. 728—9; unde Eun. 12—13; num ibd. 163; ecqua — ecquis ibd. 521—3; qui — quae ibd. 242; quid — ecquid ibd. 456; quis — quid — quid ibd. 804; quid hoc — quid ibd. 546—7; quid — quid — quem ibd. 650; quid — quid — quidnam ibd. 910—11; his adice: Adelph. 61—2, 77, 215, 223, 485, 656—7, 611, 656, 670, 678—9, 789, 799, 883—5; Andr. 112, 139, 170, 184, 238—9, 404, 457, 498, 499, 614, 635, 745—6, 858—9, 877, 885—6, 979; Haut. Tim. 61—2, 79, 192, 255, 3. 167, 322, 469, 615—6, 674, 700—1, 718—9, 793—4, 847—9, 900—1, 937—8, 973—4, 984—5.

ε) Pronominum indefinitorum.

Andr. 365 Nil ornati, nil tumulti; nil Eun. 243; aliquid Adelph. 856—7.

ξ) Pronominum reflexivorum.

Adelph. 865 síbi uixit, sibi súmptum fecit . . . . .

c) Verborum.

Eun. 476—7 tacént: satis laudant, fác periculum in lítteris,
fác in palaestra, in músicis. . . . .

Phorm. 810—11 . . . . Vix me credere? mi sátis quaesitum, mi ístuc esse?

Haut. Tim. 496—7 . . . . cupio illí dare, quod uólt, cupio ipsum iam uidere.

Praeterea exstant: Hec. 667—8 quid faciat. — quid faciemus; Eun 975—7 Quem praestolare; ibd. 1035—6 scis; Andr. 255 abi; ibd. 901 Sine; Haut. Tim. 587—8 abi, 925 fac, 973 loquere, 1019—20 conuincas, 1052 age.

d) Numeralium.

Adelph. 546—7 prímus sentió mala nostra, prímus rescisco ómnia,
prímus porro obnúntio, ...

e) Praepositionum.

ad Adelph. 715 ad portam, ad lacum, Haut. Tim. 312—3; ex Adelph. 862: ex me atque ex fratre, Haut. Tim. 109, 442; in Adelph. 20, 863, Andr. 830, 857, Haut. Tim. 437, Hec. 24—6, Eun. 588; per Andr. 290, 326; apud Haut. Tim. 821; apud — apud alium — apud alium Haut. Tim. 575—6; ad Hec. 23; sine Eun. 928—9.

f) Adverbiorum.

iterum Hec. 7; partim Hec. 15, 117—8, 363; vix Hec. 297—8; ita — itaque Hec. 579, 604; porro autem Phorm. 46—8; non Phorm. 303, 525; sic Phorm. 527—8; iam Phorm. 559; iam dudum Eun. 448; iam satis Eun. 703—4; quam Eun. 473; ultro Eun. 69—70; hic Eun. 86—7; plus Eun. 96; magis Eun. 227, 1077; necmagis Eun. 935; minus Eun. 760; minume Eun. 333; immo Eun. 408—9; tam Eun. 605; modo Eun. 714; Praeterea videas: Adelph. 290, 504, 621, 631—2, 727, 942—3; Andr. 120, 277—8, 492, 550, 608, 805, 820—1, 883, 981—2; Haut. Tim. 67—8, 308—9, 425, 439, 479, 676—7, 737, 874, 889, 919—20, 951, 1035, 1043—4, 1045—6.

g) Coniunctionum.

si Hec. 387: si ius, si fas est, Eun. 49—50, 441—3, 888—9; si — sin Hec. 501—2, Phorm. 924—5; si est — sin est, Hec. 558—9; siquid — si, Eun. 1056; si id non ibd. 502—3; quasi ibd. 405—6; quia ibd. 89—90; ubi ibd. 484—5, Phorm. 47—8; dum Phorm. 549; ut ibd. 784—5, Eun. 870—1; at Hec. 439; an Eun. 1045—6; praeterea exstant exempla: Adelph. 601; Andr. 162—3, 213,

315—6, 373, 443, 546—7, 556—7, 568—9; Haut. Tim. 44—5, 79, 84—5, 240, 571—2, 577, 640 (uel uti), 711, 726—7, 800—1, 867—9, 987, 1020—1.

h) Interiectionum.

O Eun. 1034—5 O Pármeno mi, o meárum uoluptatum ómnium
inuéntor inceptór perfector . . . . .

Adelph. 260, 304 o scélera, o genera sácrilega, o hominem ínpium. ibd. 790 o caelum, o terra, o maria Neptuni; ibd. 980; Phorm. 233, 841.

His adiungam exempla eiusdem generis, quae apud Plautum inveni:

a) Anaphorae substantivorum.

Capt. 162—3 Opus Pánicis, est opus Placentinís quoque,
Opus Túrdetanis, ópust Ficeduléensibus.

Men. 238—9; Mil. gl. 191—2; Most. 833—4; Pseud. 318—9; Trin. 447.

b) Adiectivorum.

Men. 776 Sálua sis, saluén aduenio? sáluen arcessí iubes?

Mil. gl. 228, 678, 836; Most. 181; Pseud. 27—8, 126—7, 840, 1257. Trin. 223—4, 535—6, 776, 1028, 1031, 1066—7.

c) Pronominum.

α) Pronominum personalium.

Capt. 444 Tu hóc age: tu mihí nunc erus es, tú patronus, tú pater . . .

ibd. 474—5; Men. 216, 940, 1015, 1071—2, 1076 Tu érus es: tu sêruom quaere, tú salueto: tu uale. Mil. gl. 331, 1092, 1386; Most. 1161; Pseud. 162, 508—9.

β) Pronominum demonstrativorum.

Capt. 528 Is me nouit, is sodalis . . . . . 387, 941—2; Men. 132, 162, 1071; Most. 25—7, 412, 625; Pseud. 152, 446—7, Hic mihi . . . ., Hic dux, hic illist paédagogus; hunc ego . . . 672—3, 923 c—924 b, 983, 1111—2, 1144; Trim. 238, 287.

γ) Pronominum relativorum.

Capt. 818—20 qui concinnant . . . . Qui locant . . . . Qui petroni . . . . Men. 79—80, 90, 666; Mil. gl. 261, 728,—9, 731—2, 736—7, 785, 994—5, 1113 qua maris qua feminas, 1205, 1229, 1392;

Most. 354—5, 1047 (F. Mil. gl. 1113, 1392, Men. 666); Pseud. 179—80, 248, 260, 386, 427, 440, 462, 575, 617—8, 827—8, 1081—2, 1086. Trin. 250, 321—2, 488, 672, 1032, 1044.

δ) Pronomin. interrogativorum.

Capt. 535 Quid loquor? quid fábulor? quid negabo aut quid fatebor? Ibd. 531, 613, 660, 830, 903—5; Men. 115—6, 622, 638—9, 644, 763, 777, 810, 844, 995, 997—8; Mil. gl. 171—2, 176, 277, 213—4, 420—2, 813, 1097, 1111, 1296—7, 1365, 1390—1; Most. 34, 367, 581—2, 615, 678, 819, 935—6, 939; Pseud. 73, 175, 176, 203—4, 479, 1080, 1159—60, 1187; Trin. 6, 118, 130, 196, 228—9, 871, 922, 930.

ε) Pronom. indefinitorum.

Capt. 921; Men. 73.

ξ) Pronom. possessivorum.

Most. 167 meo ocello, meo patrono; Trin. 703.

d) Verborum.

Men. 608—9 Aufér manum / aúfer hinc palpátiones. Ibd. 633—4, 750, 957, 1058—60; Mil. gl. 691—2, 1178—9, 1200, 1370—1, Most. 7—8, 465—6, 778, 850—1; Pseud. 114—6, 695; Trin. 91—2, 185.

e) Numeralium.

Mil. gl. 349; Most. 360.

f) Praepositionum.

Capt. 244—6 . . . . nunc te oro pér precem, / Per fortunam . . . . et per . . . . Perque conseruitium . . . Ibd. 369; Men. 421, 479; Mil. gl. 29—30 per corium, per uiscera / Perque os; ibd. 541—2, 1225; Most. 392, 1118; Pseud. 232, 705b; Trin. 153, 481—2.

g) Adverbiorum.

Capt. 266 Núnc, senex est in tostrina: núnc iam cultros ádtinet; ibd. 311—2, 516—7, 676, 697, 877—8, 928—9, 1022; Men. 76, 347, 303, 589, 957, 1058—60, Mil. gl. 539, 627—8, 635, 648, 733—4, 936, 1141, 1340—1; Most. 182, 186, 595, 831; Pseud. 133, 205, 760, 1238, 1243, 1253; Trin. 4—6, 235, 347, 386, 461, 633.

h) Coniunctionum.

Capt. 114 si foris si intus uolent; ibd. 260, 923—4, 926—7, 1034—5; Men. 110, 114, 365, 427, 723, 753, 828—9; Mil. gl. 341, 466—7, 909—12, 1033, 1170—1, 1190, 1203, 1251, 1306, 1412; Pseud. 143—4, 145—6, 415, 435, 543 a—b, 578, 583, 635, 859—60, 861—4, 877, 1126—7, 1259—61; Trin. 417, 975, 998, 1054.

i) Interiectionum.

Men. 137 O mea commoditas, o mea opportunitas; Capt. 1005; Mil. gl. 1330, O mei oculi, o mi anime; Most. 937. —

2. Converslo,

quae figura a Graecis plerumque nominatur *ἀντιστροφή* vel *ἐπιφορά* vel *ἐπιστροφή*. Cornif. IV, 13, 19: „Conversio est, per quam non, ut ante, primum repetimus verbum, sed ad postremum continenter revertimur". Hanc figuram apud Terentium multo rarius inveniemus quam repetionem.

Adelph. 130—3 tu álterum, ego item álterum; ibd. 329 quid iam credas? aut quoi credas? 812—4;

Andr. 18—9, 121—2, 146, 346—7, 449, 713, 574, 800—1, 871, 894, 895, 958;

Haut. Tim. 29—30, 202, 223, 631—2, 797, 852—3;

Eun. 35—6, 41, 202—3, 243, 387—8, 447—8, 546, 706, 980, 1078;

Hec. 41—2, 244, 264, 367—8, 772;

Phorm. 15, 127, 355—6, 373—4, 847—8, 855, 935—6, 984.

Apud Plautum exstant exempla haec:

Capt. 208 Nos fugiamus? quo fugiamus?

Ibd. 224, 488, 615;

Mem. 54—5, 471, 529—9, 805, 860—1, 942—4, 950—1, 985;

Mil. gl. 149 quod uiderit, ne uiderit; 218 Vígila inquam, expergiscere inquam, lúcet hoc inquam; 297—8, 339—40, 369, 370, 532, 573, 770—1, 1013, 1014, 1117, 1204—5, 1211—12;

Most. 133—4, 273, 296, 681, 780—1, 801—2, 878—9, 1159;

Pseud. 279, 281—2, 517, 790, 825, 1005—6, 1246;

Trin. 65, 318, 347—8, 408—9, 853, 980, 994, 1109.

3. Complexio,

quae a Graecis nominatur *συμπλοκή*, a Rutil. 7 *κοινότης*, rarissima forma dicendi. Cornif. IV, 14, 20: „Complexio est, quae utramque complectitur exornationem, et hanc et quam ante exposuimus, et ut repetatur idem verbum saepius et crebro ad idem postremo revertantur.

Eun. 305 .... néscio hercle, néque unde eam neque quorsum eam; ibd. 546 ... quid hoc hominist? quid hoc ornatist? Ibd. 549, 804; 845 inde item in aliud, inde in aliud.

Men. 599 Quo rápidis me? quo fértis me? Most. 671—2 Siquidem és argentum rédditurus túm bona. Si redditurus nón es, non emít bona. Trin. 320—1.

4. Conduplicatio.

Cornif. IV, 28, 38: „Conduplicatio est cum ratione amplificationis aut commiserationis eiusdem unius aut plurium verborum iteratio. — Vehementer auditorem commovet eiusdem redintegratio verbi et vulnus maius efficit in contrario causae, quasi aliquod telum saepius perveniat in eandem corporis partem". Variatur et apud Graecos et Latinos significatio, cum praeterea legimus *ἀναδίπλωσις*, *ἐπανάληψις*, *ἐπίζευξις*, *παλιλλογία*, *ἐπαναφορὰ* et iteratio, resumptio, repetitio, duplicatio.

Attamen iam licet afferre exempla, quae inueni apud Terentium:

a) Substantivorum.

Adelph. 256 o frater frater; Andr. 282 O Mysis, Mysis... 860—1 Dromo, Dromo! — Quid est? — Dromo! — Audi. Vérbum si addideris! — Dromo! / Audi óbsecro . . . Haut. Tim. 348 Syre, Syre inquam, heus, heús Syre. Hec. 856 O Bácchis, o mea Bácchis, servatrix mea! Eun. 91 O Thais, Thais . . .

b) Pronominum.

Adelph. 349 tu quantus quantu's . . . . (cf. Plaut. Poen. 738 quantum quantum [*ὅσον ὅσον*]; Eun. 505, 910, 295; Phorm. 904; Hec. 849; Andr. 684.

c) Verborum.

Adelph. 700 Quid? iam uxorem? — Iám — Iam? — Iam mane, 620 abi abi, 690 quid fieret? qua fieret? Andr. 310; Haut. Tim. 332-722, 349-736, 613; Hec. 495—6; Eun. 834; Phorm. 559, 662.

d) Adverbiorum.

Adelph. 281 Heus heus Syre! 336 Au au; 634 heus heus; quantúm potes; ibd. 68, 853; Andr. 820 Sátis, iám satis; Haut. Tim. 594 minus minusque; 439 satis iam, sátis pater durús fui; Eun. 56 etiam atque etiam, 587 magis magisque; Phorm. 211, 303.

e) Interiectionum.

Adelph. 281 Ileus heus Syre! 336 Au au; 634 heus heus; Haut. Tim. 348; Eun. 830. —

Wölfflin (Sitzungsber. d. bayr. Acad. d. Wiss. 1882, p. 420—491, „Die Gemination im Lateinischen") in hoc genere figurarum etiam ponit pronomen „quisquis" formasque ab eodem deductas, praeterea „quamquam", „utut", „unde"; „utut" invenies apud Terentium Phorm. 468, 531, Adelph. 630, 248. Exempla autem adferre de usu pronominis „quisquis" et coniunctionis „quamquam" praetermisi, quoniam illa vocabula nimis sunt usitata neque profecto aliquam vim in se habere videntur. —

Sequuntur exempla apud Plautum:

a) Substantivorum.

Mil. gl. 313 Sceledre, Sceledre. Ibd. 415; Most. 373 Cállidamates, Cállidamates, uigila; ibd. 603—5; Pseud. 717 Sumbolum? quem sumbolum? 1203 seruo? quoi seruo? Trin. 1094, 1180 Ópater, patér mi, salue.

b) Pronominum.

Capt. 447 Et tua et tua; Men. 593, 653—4; Pseud. 106 unde unde, 762—3.

c) Verborum.

Men. 180 Mane mane; Mil. gl. 857 Abi abi, 1024 Age age; Most. 327 Sine sine cadere me, 436 Apage, apage; ibd. 850, 1180; Pseud. 133 Exite agite exite, 240a Mane mane, 243, 307, 600, 1284; Trin. 205—9, 242, 582—90, 870, 1071—2, 1074.

d) Adverbiorum.

Mil. gl. 1084 Iam iam; Pseud. 1214 magis magisque; Trin. 636, 674, 752.

e) Interiectionum.

Capt. 200 oh oh oh; Mil. gl. 241 Euge, euge; Pseud. 1320 heu heu; Trin. 320—1, 705.

f) Coniunctionum.

Mil. gl. 399 ubiubist = 1379; Most. 545 utut; Pseud. 268 - 310 utut.

g) Adiectivorum.

Capt. 148 Alienus? ego alienus illi?

5. Ἐπαναστροφή (revocatio).

Hermog. (Walz. III. p. 286): *„ἐπαναστροφὴ γίγνεται, ὅταν τὸ τέλος τοῦ κώλου ἑτέρου κώλου τις ἀρχὴν ποιήσεται"*.

Cuius figurae exempla invenire potui haec:

A n d r. 554 Profecto sic est. Sic hercle ut . . . ; ibd. 907—8, 928 Eius nomen? Nomen tam cito tibi?

H a u t. T i m. 25 arbitrium nostrum, nostra existumatio; ibd. 168—9, 206, 406, 668, 754—5, 989;

E u n. 27, 95, 455—6, 591, 681, 713, 741—2, 919, 968, 1057;

H e c. 30—1, 50—1, 201, 242, 353;

P h o r m. 241, 666, 950.

P l a u t. C a p t. 1011 Pater hic est, hic seruos; ibd. 1018;

M e n. 363, 758, 935—6;

M i l. g l. 19 . . . nihil. — Nihil hercle . . ., ibd. . . . 735;

M o s t. 196, 239, 307, 1147;

P s e u d. 611, 667—8, 961, 1030;

T r i n. 689, 714.

6. *Κύκλος* (cyclus).

Q u i n t. IX, 3, 34: „Respondent primis et ultima.“ H e r m o g. (Walz. III. p. 170 sq.): *„κύκλος γίγνεται, ὅταν ἀφ᾿οὗ ἄρξηταί τις ὀνόματος ἢ ῥήματος, εἰς τὸ αὐτὸ καταλήξῃ πάλιν, μήτε πτῶσιν ἀλλάξας μήτε σχῆμα μήτε χρόνον μήτε ἀριθμὸν μήτε ἄλλο τι“.*

A d e l p h. 101—2 non est flagitium mihi crede adulescentulum scortári, neque potáre; non est.

Ibd. 487—8, 566—7, 572, 573, 570—1, 699;

A n d r. 258—9, 363—4, 238—9, 943—5, 947, 954—5;

H a u t. T i m. 181—2 Non est pater: apud nos est; ibd. 348, 293—4, 507, 1034, 1058—9, 322—3, 406, 431—2, 617; P h o r m. 120—1, 211, 1003, 950;

H e c. 199, 451, 461, 639, 856, 136—7, 321, 455—6, 495—6, 785, 804, 876;

E u n. 252, 546, 968, 30, 74—5, 208, 540—1, 639—40, 900—1, 974.

C a p t. 151 Laudó malum quom amíci tuom ducís malum.

Ibd. 204—5, 407, 449, 760—1, 787, 825, 865—6, 1051; 828—9;

M i l. g l. 199 id uísum ut ne uisúm siet.

Ibd. 204—5, 407, 449, 760—1, 760—1, 787, 825, 865—6, 1051; Most. 250—1, 583. Pseud. 106—7, 254, 304, 451, 616, 860; Trin. 146—7, 441, 566, 670, 983.

Praeterea autem inveniuntur persaepe vocabula, quae non iuxta repetuntur, non in initio, non in fine, sed in medio duorum pluriumve enuntiatorum hoc modo:

Adelph. 55—6 nam qui mentiri aut fállere institerít patrem aut audébit, tanto mágis audebit céteros. — Sed tales repetitiones unius eiusdemque vocabuli tam parvi aut persaepe nullius momenti esse mihi videntur, ut non habeam, quod eas adferam. Denique longe amplissume repetitionem inveni longiorum vel breviorum enuntiatorum sive eiusdem sive, ut in comoediis fieri apparet, alterius personae, quae aut idem enuntiatum repetit aut alteri interroganti respondet aut alteram interrogat iisdem verbis hoc pacto:

Adelph. 129 Curaest mihi. — Et mihi curaest.

Haut. Tim. 90—1 Sinc me . . . Non sinam. Ibd. 166—7 Sicinest sententia? — Sic. Ibd. 163 Non possum. — Quor non? etc. Talis usus verborum et apud Plautum et Terentium adeo est tritus, ut perraro profecto etiam aliqua vis insit, ut praetermittam tales enuntiationes non magis in similitudine sonorum quam in sensu positas esse neque tantum aures commovere quam animum auditorum.

Quapropter statim transibo ad ultimam, quas mihi proposui, figurarum, quae est

7. Polysyndeton.

Donat. K. IV., 399: „multis nexa coniunctionibus dictio.“ Quint. IX., 3, 53: „acervatio aut iuncta aut dissoluta“ (haec est dissolutio vel νάσ'νθετον). Etiam Polysyndeta plurima potui invenire; equidem illa tantum exempla adferam, quibus eadem coniunctio minime ter aut saepius iteratur:

Adelph. 32—33 . . . . aút te amare cogitat, aut téte amari, aut potare, ... ibd. 84—5 neque — nec — neque, 102—3, neque (3), 301 que (3), 306 neque (3), 692 et (3), 716 neque — nec 819 et (3);

Andr. 56—7 aut (3), 279 neque (4), 292—4 si — sine —seu, 905 uel (3);

H a u t. T r i n. 86 aut (3), 116 et (3), 351 et (3), 977 nec (3), 983—4 et (3);

E u n. 258 et (3), 319 uel (3), 482—3 neque (3); H e c. 263—5 et (3), 161—2 et (3);

P h o r m. 97—8 (3), 244 aut (3), 1044 neque (3).

C a p t. 56—8 Neque — neque — nec — neque, 346—8 neque (4), 389—90 et (3), 405 neque (3), 466—5 Neque — neque — nec, 520—3 nec (neque) (7), 605—6 neque (3), 851 et (4), 972 et (3), 1030—2 nec (neque) (5); M e n. 339 neque (3), 423 neque (3), 509—10 neque (nec) (3), 588 aut (3), 691 uel (3), 960 neque (3), 1009 et (3);

M i l. g l. 378—9 neque (3), 607 aut (3), 562—4 neque (4), 733—4 et (3), 830—2 neque (3), 879—80 aut (3), 1042 et (3), neque (3);

M o s t. 264 neque (3), 756 et (3), 933—4 neque (3);

P s e u d. 397—400 neque (5), 832 aut (3), 1111—2 neque (nec) (3);

T r i n. 134—5 neque (nec) (3), 198—200 neque (5), 282 Neque — neque — necullum, 315 Neu (3), 696 neque (3), 850 neque — neque — necne, 879 aut — aut unde — aut unde, 882 et (3), 1096 et (3), 1125 neque (3).

Huic figurae contraria est d i s s o l u t i o (vel ἀσϑετοννύ); attamen hanc figuram non magis in genere rhetorico quam grammatico ponendam esse puto (cf. Volkmann, Rhetorik der Griechen und Römer, Handbuch der klass. Altertumswissenschaft, II., 3, p. 44); itaque figuras, quas perlustrare in animo habebam, pertractasse mihi videor.

Quaestione mea iam ad finem perducta in natura rei positum esse videtur quaerere, quomodo Terentius et Plautus usu figurarum, quas perlustraui, inter se differant et qua quisque ratione in comoediis suis illis figuris usus sit. Primum satis constat Terentium poetam sermone multo nobiliore et elegantiore usum esse quam Plautum, quo novis verbis et distortis et e medio sumptis nemo magis favit. Itaque apparet Terenti comoediis neque tantam ubertatem divitiasque figurarum inesse quam Plauti neque eas tantum valere vi quantum figuras alterius poetae. Nihilo setius numerus figurarum etiam apud Terentium nequaquam parvus efficitur. Ut numeros igitur figurarum in summariorum angustias

cogam, sufficiat monstrare in Terenti comoediis me invenisse paronomasias 728, in sex comoediis, quas tractavi, Plauti 1076, numero autem figurarum, quae pertinent ad repetitionem eiusdem verbi, Terentium Plauto non recedere.

In omnibus comoediis autem et Terenti et Plauti cognoscere possumus utrumque poetam illis figuris amplius in canticis quam in diverbiis prologisque usum esse. Ut de universa se breviter dicam, ex numeris figurarum collectarum confirmare possum summam illarum, quae insunt in canticis, parte plus tertia auctam esse summa figurarum, quas in diverbiis prologisque inveni. Quod comprehendere possumus animo nobiscum reputantes cantica ad tibicinem esse cantata vel recitata, prologos autem et diverbia voce nullo modo ad tibiam collata tantum esse pronuntiata.

